# AÑALIA IOAN· LONGINI

M S

C C

1 5 9 6

ZBIORY MATHIASA BERSOHNA
Księgozbiór N°. 512.
w Warszawie.

6087

Biblioteka Jagiellońska.

N° 6087

1902. a. 281.

BIBLIOTH. UNIV.

№ 6087

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

# Annalia Jo: annis Lon: gini

Emptus pro Bibliotheca Zamoscien. Schol. Acad. 1696.

Ex libris [illegible]

BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

1031

1332

# ANNALIVM REGNI POLONIÆ Joannis Longini LIBRI DVODECIM summarie collecti.

EGRESSVS LIECH ET CZECH de Dalmacia et Croacia, Anno Domini Nongentesimo Sexagesimo quinto Pannoniorum Regnis propriorum et aduenarum habitatione coalescentibus, Vrbibusque nonnullis et Colonijs crebris in illis constructis, primum discordiarum et odiorum fomes, deinde apertarum Guerrarum



1.B5.

et Cladium fragor inter Pashet et Nepotes pro
Terminis, Terrarum Colonorum et Urbium subor-
tas Civili et fraterni sanguine aliquoties praelijs
commissis Terram foedavit. In eam etenim Sum-
mam numerumque evenerant, ut eis Regna quae pos-
sederant angusta viderentur: Duo itaque filij
Jani Nepotis Pashet Liech et Czech, quibus Dal-
macia, Servia, Sclavonia, Croatia, et Bosna ob-
tigerant, et praesentium et futurarum collusio-
num discrimen et pericula vitaturi pari et con-
cordi voto et deliberatione, Originario Solo re-
licto, novas sedes quaerendas populandasque de-
creverunt, Et caeteris quidem fratribus in Pa-
nonijs remanentibus, ipsi cum omnibus Colonijs

familijs, et substantijs, quae ditionis eorum erant ex Sclauonia Serbia Coruatia et Bosna et ex Castro Psarij in altissima rupe, quod fluuius Sclauoniam Coruatiamque disterminans abluit, sito: In quo Principum fratrum Liech et Czech familiarior seculariorque habitandi, et illic iura subditis reddendi usus esse consueuerat, Egressi vicinas et proximas terras versus Occidentem (sciebant enim Orientem crebris nationibus refertum esse) petierunt. Oram autem quam Morawa Egra Alba Multaua abluunt perambulantes, glebam eius amni aduertentes foecundam, et aquis pascuisque irriguam, nil tamen praeter vastam solitudinem habentem culti soli

iunior natu Czech, eam sibi a germano Liech natu
maiore multifarijs precibus obtinuit in perpetuam
haereditariamque sortem et possessionem relinqui.
Cum enim multo tempore in locis illis et signanter
in monte qui lingua eorum Rzyp vocatur inter
albam Multauiam et Egram positum statiua
communia habuissent, Soli faecunditas et Caele-
stis aurae temperies, Valliumque et montium cre-
brissimus, adeo Liech alterum Principem suasque
Colonias et familias ceperat deuinxeratque, ut
caeteris neglectis abdicatisque, hanc sibi sedem
et posteritati sufficere arbitraretur: Fratre
autem altero Principe Liech precibus suis con-
descendente, duas ponit et condit Vrbes, Vna

ad ripas Multauae fluminis, quam Praham sui
linguagij intitulauit vocabulo: Alteram ad flu-
enta fluuij Morauae, et hanc Wielegrad nomi-
nauit. In Colonias quoque Terra distributa,
plures Vicos et Rura construxit, Terraque vniuer-
sa ab eo cognomen sortita, etiam in praesens Cze-
ska vocitatur: Licet latina lingua quae Sclauo-
nicum nomen proportionaliter sonare potuit, quod
Sclaui CZECH eorum lingua Boh vocitent, eam
Bohemiam appellent. LECH itaque minori fra-
tri valedicens, cum Colonis, familijs, sarcinisque
suis et omni substantia ab eo digressus, superatis
montibus et saltibus, qui nomine vetusto her-
cinij vocantur, Poloniam et Bohemiam ambigentibus

Regionem latissimam, syluis, nemoribus, et Borijs
vastam, Solitudinibus et desertis et quibusdam
perpetuis pene indaginibus septam, pluribus flumi;
nibus torrentibus et aquis irriguam, glebam qui;
dem bonam habentem, sed cuius foecunditas nisi ster;
core aleretur diuturna consistere non posset, Gelu;
bus tamen et frigore rigentem extra septimum
et vltimum clima sitam reperiens, in ea consedit:
eamque sibi et suae posteritati haereditandam et
possidendam primus cepit: quippe animantia
et germinantia omnia patientius et tollerabi;
lius ad summum frigoris quam ad summum
caloris accedunt. Quapropter Europae Regio
quamuis hyemali constricta rigore cultior est

et amplior situ et populis quam Affrica Solis ar-
dore horrida, quia et natura sui plus hbet spacij
et Coeli clementia, incolarumqz prouidentia fri-
gus a se per ignes arcentium et focos, minus de-
serta Regio Polonica, fecunda frugibus, amaena
fructibus, deliciosa piscibus, sapida lacticinijs
clamosa venationibus, copiosa armentis et gregibus
dulcis mellibus, commoda Equis, referta aliti-
bus, diues ferro et plumbo, gloriosa cera, crassa
butiro: Esto quod in plerisqz locis abscisa ma-
gis quam sperata culturae respondet faecunditas
nemorosa Regio, et ideo diues pecorum et abun-
dans lactis, herbifera, in plerisqz locis aegrum
atqz ieiunum solum et natura sterilem, nemo-

rosum tamen, et arboribus varij generis consitum,
aut pro alueorijs apium, aut pascendo pecore, nec
usq; quaquam ociosum, Vini et Olei propter aqui;
lonarem rigorem indigens, ceruisia pro Vino vtitur
quae ex Cerere tritici, hordej, aut Siliginis fit:
Ager in plerisq; locis crassus; in alijs vero arenο;
sus, syluestris, incultus et infoecundus; Salis uo
adeo grauida, vt Sales in illa magis extrahant
quam decoquat, rigida niuibus et lubrica glacie;
bus, aura et ventorum flatibus salubris, Fru;
menta cuiuslibet generis in annos plures et tem;
pora absq; omni laesione conseruans, Quae apud
vicinam et finitimam Regionem Pannicam si
anni vnius spacium excesserint, in vermes et

muscas cecadunt: Magistratus et Officia publica apud Polonos non annua sunt, sed ad vitā du-rantia: quam quidem illorum observantiam neminem sensatum satis probare crediderim, an-nuis enim vicibus mutare Magistratus Praesid. et Officialium salus communis est. Ab Aqui-lone Polonia Septentrionalis pars est Sclavoniae quae habet ab Oriente Russiam, ab Austro Un-gariam, a Subsolano Moraviam et Bohemiam, Ab Occidente Saciam et Saxoniam Collatera-les; Terminatur autem Polonorum Regio ad Aquilonem a Sarmatis qui et Gethae vocantur in Saciam et Saxoniam usque.

Unde dicuntur Lechytae, a primo Principe et

Conditore LECH: Unde dicuntur Poloni? a pla-
nicie camporum quibus insiderant Poloni nun-
cupati: Unde dicuntur Wandali? a flu-
uio Vandalo, qui idem quod Visla est: Sar-
macia antiquitus dicta Polonia etc.

Natura et mores Polonorum gloriae appetens, et
in rapinas prona, periculorum et mortis contem-
ptrix, promissorum tenax, subditis et inferio-
ribus grauis, lingua praeceps, ultra facultates modum
expendere solita, Principi suo fida, agrorum sa-
tioni et armentorum nutrimentis dedita, in
aduenas et hospites humana et benigna, hospi-
talitatis ultra caeteras gentes amatrix: Plebs
rusticana, in ebrietatem rixas, calumnias, cae-

dës froclivis, nullius oneris atq; laboris fugax,
frigoris atq; inedia patiens, cassalijs vilibus
contenta, audax et temeraria, ingenio calida,
et formam facili gestu et habitu decora, viribus
præpotens, statura ardua et procera, Corpore
valida, membris apta, colore albo et nigro per,
miscua ferox vel.

Oppida apud Polonos et sub Regno consistentia
magis insignia magisq; memorabilia ea esse
dignoscuntur, Cracovia, Gnesna, Leopolis, Po,
snania, Wratislauia, Plocska, Chelm, Kamien,
Lubusch, Præmijslia, Kamienmiecz, Kijovia, Vil,
na, Chelm, Sochacsow, Sandomiria, Lanticia,
Kalisch, Pulthusko, Gdansk, Thorun, Elbing etc.

Flumina primaria Poloniae septem: Primus flu-
uius Wisla, secundus Odra, tertius Wartha,
quartus Niesthr, quintus Bug, sextus Niemen,
septimus Dunepr fluuius Polonicalium et Ru-
thenicalium Regionum: Istula commenda-
tio á varijs respectibus: Niemen inter oẽs
pacificus.

Fluuiorum Polonicalium lacus viginti duo:
Primus Goplo, Czarthoria, Swieciechowo, Sle-
szyno, Powidz, Szyn, Pedlnicza, Bladno, Nie-
zamysl, Srzemsko, Domunicze, Ledmicza, Przow,
Pelen, Pedlino, Bielsko, Lipsko, Swietasz, Nobel,
Brushen, Gorzno, Krzymicza etc.

Montium Polonicalium descriptio: Caluonia,

Wawel, Czestochowa, Komursa, Pymetcz etc.
Montium Russiae, Kobryn, Chelm, Krzemie-
niec, Halicz, Lysagora, Potylicz etc.
Montium Maioris Poloniae, Rzeszuchowa,
Thursa, Szirlow, Getcza, Bielskoth etc.
Odonacer Ruthenus Romam capit et totam
Italiam possidet. Anno domini 509.
Odonacer a Theodorico et Gottis profligatur.
Anno dominj 512.
Poloni sub duodecim Praefectis sine Rege non
diu et male steterunt, sub specie libertatis.
Anno dominj 513.
Sentientes libertate Rempublicam collabi,

elegerunt Poloni Graccum in Regem Poloniae.
Anno Domini . 513.
Graccus Cracouiam aedificat, et serpens occidi-
tur. Anno eodem.
Graccus tradit Polonis leges et moritur, Cui pro
tumulo ex sabulo montem fecere altissimu[m].
Anno eodem.
Post mortem Graci Lubuscha eius filia, rustico
Praemysl, in Coniugem desponsata regnauit Bo-
hemis. Anno eodem.
Lecho Graci filius, necato Graco fratre in
Regem assumitur, detecto facinore priuatus do-
minio misere obijt. Anno eod.
Praemyslao Nimislaus, et Nimislao Mnata,

succéssit

successit in Regnum Bohemiæ. Anno dni 513.
Mnatha Vnislaus, et Wratislaus Vnislao, et
Wratislao Grzymalus, qui Regnum ambien-
tem Patruum occidit Wratislaum. Eod.
Mortua Wanda sine hærede Poloni liberta-
tem reassumunt, et duodecem Palatinos creat,
qui diu durarunt. Anno Eodem.
Grassantibus per Poloniam Panonijs et Mora-
uis, dum non possent Palatini resistere Pra-
mijslaus Miles astu et ingenio hostem supe-
rauit, et publico edicto eligitur in Principem
Poloniæ. Anno Eodem.

Mortuo Praemijslao multis Regnu ambientibus

decernunt cursum Equorum ad columnā erecta
ut qui primus eam attigerit Rex sit. Lescseli
clam unctos in terram per quam currendum erat
recondit, sic dum ipse equi pedes ferreis sulcis mu-
nisset, et aliorum laesi claudicassent primus
accurrit et Rex acclamatur. Sed tamen al-
ter quidam iuuenis qui penes spacium cursus
circumiens, secundus ad Columnam accurre-
rat, detecta et punita Lescseluonis fraude, iuue-
nis alter iustus Rex creatur et Lesselio appella-
tur. Anno domini 513.

Quomodo Lescseli partis multis de hostibus
victorijs, diu pacifice multis virtutibus deco-
ratus regnauit. Anno eodem.

Leszek ante obitum filium Leskonem Tertium reliquit hæredem se non inferiorem: Qui tandem unicum legitimum reliquit filium Pompilium Regni successorem et naturales viginti. Quibus sub eius ditione relictis, certas in vita Terras diuisit. Anno domini 813.

De Castris per viginti filios Lesskonis ædificatis, vbi clare apparet, quam ampla fuerit Polonorum Regio, quæ nunc a Germanis habitatur. Anno 800

Pompilius Lesczkonis filius mortuo Patre in Regem coronatur, et fratres obedien confirmat in statibus, Sedem Regiam ad Gnesna, tandem ad Crusuicia per eum ædificata transfert

ubi sola gaudens quiete, nullo patrato facinore, relicto sui nominis filio obijt. Anno dni 513.

Quomodo venientes fres ad Pompilium, illoq; mortuo inuento, filium paruum acceperunt in Regem, et curauerunt recte omnia administrarj. Anno eodem.

Pompilij mores detestan, et quomodo Vxor eius suscepit per blanditias viro effeminato omnem Reipub: curam, duobus filijs procreatis. Anno domini 514.

Quomodo castigatum a Patruis Pompiliu Vxor aegre ferens, Maritum vt eos veneno necaret, miris persuasionibus hortatur. Eodem.

Pompilius simulata graui infirmitate, Pa-

truos vocat, celebratisq; exequiys filios eis com-
mendat. Anno Domini 5 1 4.

Patruos Pompilius veneno necat. Anno Eod.

Pompilius negauit Patruorum cadauera se-
peliri, unde mures eum cum Vxore et liberis
in Crusuicsa deuorarunt. Eodem.

Conuentus pro Electione in Crusuicsa fit, et
omnes nulla re cõstituta discedunt: Vnde in-
testina et externa oriuntur bella. Eod.

Conuentus alter pro Electione ibidem indici-
tur, Et quomodo Piasth Ciuis Crusuicen. Vir
bonæ vitæ habuit duos hospites miraculosè.
Anno Eodem.

Piasth denuntiatur per illos duos Peregrinos fu-
tura de eo electio, et sic in Regem cum magno
omnium gaudio eligitur, et Regni solium diu re-
luctans accipere cogitur. Anno dni 5 1 4.

Piasth omnia pacifica domi et foris reddens,
Sedem ex Crusuuicza ad Gnesnam transfert,
Cui Nepotes Pompilij Tributa dare negat, et
multas in Polonos faciunt incursiones. Eod.

Moritur Piasth, et filius eius Semouitus vir
optimus succedit. Anno eodem.

Semouitus multa bella feliciter gerens in
Gnesna moritur. Anno eod.

Primi fundatores Christianitatis in Palma-

cia, per Arnolphum Imperatorem missi, videli-
cet Rostislaus, Suatopelcus, et Kociel. An-
no domini 9 1 4.

Lesko filius Semouiti eligitur in Regem Po-
loniae. Anno eodem.

Leskoni Zemomysl filius optimus nascitur
et succedit. Anno eodem.

Zemomyslao nascitur filius caecus, Mieslo
nomine, qui per septennium ita fuit caecus.
Anno domini 9 1 5.

Cum post septennium puer tonderetur, et Pa-
ter calebraret Conuiuium moestus, aperti sunt
oculi eius, et vidit cum summo omnium gaudio,

Ariolis illum magnum futurum pollicentibus:
Unde eo adulto Zemomysl moritur cum luctu
omnium Anno domini 916.
Mieczslaus parenti succedit, et quamuis ad libidi-
nem procliuis esset, tamen consilio Catholicorum
inducitur ad suscipiendam fidem Christianam
et promittit. Anno domini 917.
Sanctus Wenceslaus et Ludumila a fratre
Boleslao interficitur. Anno domini 918.
Mieczslaus ducit Dambrocolcam filiam ducis
Bohemiae in Uxorem, et fidem Catholicam
cum toto Regno suscipit. Anno 965.
Mieszko fundat Gnesnen et Cracouiensem

Metropolles, et septem Cathedrales Ecclesias
ac dotat. Anno domini 966.

Fundatas Ecclesias dotat Miecslaus et deci-
mas instituit, multasque Collegiatas et Parro-
chiales Ecclesias instituit ac dotauit cum
Uxore. Anno domini 967.

Alcides soror Miecslai Jesse Duci Ungarorum
coniugatur, cuius persuasione ipse Dux cum
Regni parte baptisatur. Anno 968.

Jesse Duci et Alcidi Uxori apparuerunt visi-
ones, annunciantes partum S. Stephani Re-
gis. Anno Eodem.

Boleslaus Dux Bohemiae ad preces Sambroviae

Boronis Ecclesiam Cathedralem Pragen[se] erigit
et dotat. Anno domini 978.
Dambrovolka Ducissa moritur. Anno Eod[em]
Rutheni fulminis idolum constituunt adoran-
dum. Anno Eodem.
De more euaginandi gladium dum cantabatur
Sequentia Sancti Euangelij apud Polonos. An-
no domini 979.
Omnes in toto Regno Poloniæ Idolatriæ cultus
Mieczslaus sustulit. Anno d[omi]ni 980.
Adalbertus Sanctus in Episcopum Pragense[m]
eligitur. Anno domini 981.
Ruthenorum Dux Wladimirus perspectis La-
tinis Græcis et Machometicis Ritibus, Græca

fidem quae melior videbatur suscipit. Anno domini 980.

Beatus Adalbertus propter Bohemorum scelera relicto Archiepiscopatu Romam petijt, et Monasticam vitam duxit. Anno 989.

Wladimirus dux Russiae sorore Imperatoris Graeciae in Uxorem ducta fidem suscipit Christianam. Anno domini 990.

Wladimirus totum populum suum baptisari facit, Idolisque fractis, Ecclesias aedificat et dotat. Anno domini 992

Irati Bohemi Sedem Pragensem vacare contra Adalbertum absentem Ciuitate eius capta quinque fratres omnemque Prosapiam et populum

et populum ipsa Ciuitate incensa occidunt
Vno qui Boleslao in Polonia seruiebat superstiti,
et A quo Rosorum familia deducta est. An-
no domini 9 9 3.
Beatus Adalbertus per Pontificem Pragam
remittitur. Anno eodem.
Beatus Adalbertus habita praedicandi licentia
in Ungariam veniens et benigne acceptus per
annum integrum praedicat et discedit. An-
no domini 9 9 4.
Cracouiam venit Beatus Adalbertus, ibique
diu praedicauit, Tandem etiam Gnesnam ve-
nit, Cui sede vacanti ad preces Ducis Miecis-
lai praeficitur. Anno domini 9 9 7.

Origo Lithuanorum et Pruthenorum ac mores
Et quomodo Beatus Adalbertus in Prussia mar-
tyrium passus est. Anno dni 997.
Mieczslaus Dux Polonorum Romam mittit pro
Corona, quam promissam ei, dat Papa Stepha-
no Ungariae Duci, spe bona Polonis data. Post
Mieczslaus Bohemiam et Pragam capit, et res
Nepotis dirigit in bono regimine. Anno do-
mini 998.
Mieczslaus Polonorum Dux moritur, Cui om-
nium consensu Boleslaus filius omnibus vir-
tutibus praeditus succedit. Anno 999.
Pruthenj audientes devotionem Ducis Bole-

slai erga corpus Sancti Adalberti missis ad eum Legatis Corpus offerunt pro aequalis ponderis argenti quantitate, Quam cu misisset Boleslaus, Corpus dum levissimum se redderet parua mispensa redemptum est et deportatum in Trzemesznam, Tandemq; per Boleslaum in Gnesnen Ecclesia collocatum Anno 1000.

Otto Imperator votum mpleturus ad Sanctu Adalbertum venit, Cui ad Regni fines occurrens Boleslaus eum honorifice suscipit, et pedes supra pannum ex Posnania Gnesnam deducit. Anno domini 1001.

Considerans Otto Imperator Boleslai virtutes, magnificentiam et potentiam illu in Rege

Coronat, et suo diademate ornat, ab omnium sub-
iectione misery illum et Successores liberans, qui
maximis Conuiuijs celebratis per triduum om-
nia vasa aurea et argentea Caesari ac suis de-
dit. Anno domini 1001.

Imperator Otto Neptem suam Ryhscham, fi-
liam Comitis Palatini Rheni filio Boleslaj
Regis Mieczlao in Uxorem promittit: Prodigis ma-
gnis muneribus donat Clauum domini et lan-
ceam Sancti Mauricy. Et Boleslaus ei dat
Brachium Sancti Adalberti, Comitaturque Cae-
sarem ad fines suos cum apparatu Regio et
Oratores cum eo mittit pro sponsa fily, quae
breui adducta est. Anno eodem.

Foedus percutitur inter Regem Boleslaum et Woladimirum Russiae Ducem. Anno 1001.

Bohemi inuidia moti, Ducem Boleslaum ad bellum contra Polonos incitant, praesertim vero illi qui erant de domo Rauitorum et Straguas Monachus dum in Episcopum Pragensem consecraretur, á daemonio suffocatur. 1002.

Dux Boleslaus rupto cum Rege Polonorum foedere, Terram eius depopulatur, Quem Rex sequutus et non inueniens ad eius Dominia iter parat. Anno Eodem.

Boleslaus Rex Poloniae Bohemiam ingressus cum adhaerentia Rauitorum qui tunc potentissimi erant illam occupat, Tandem Pragam

biennio

biennio obsessam ac Castrum Wischograd cum Duce et eius filio capit, singulisq; Baronibus iuramen-ta praestantibus fidelitat' Duci eruere oculos ius-sit, filium Nautis dedit ad custodien', et trium-phans ad Poloniam redit. Anno dni 1003.

Boleslaus Rex Moraviam ingressus illam bre-vi suae ditionis facit, et Orathoribus ad Henri-cum Imperatorem missis sibi dari Odalricum filium Ducis Boleslai, quem Polonorum custo-diae tradit. Anno domini 1004.

= Ad Romualdum Virum sanctum Anachoritam mittit Rex Boleslaus pro aliquibus fratribus qui duos ad preces Henrici Imperatoris misit, quibus cor Rex adiungens locu' vbi nunc Casi-

mnia Offidum est dedit, illosq; visitans et honoras
dum semel magnam auri massam eis donasset, ipsiq;
renuissent, latrones illud noctu auferre volentes,
dum per supplicia aurum extorquere conantur, illos
in tormentis necant, et Martyres Deo efficiunt.
Anno domini 1005.
Rex Boleslaus maxima mutentos cura Sanctor.
occisores, ligatos ad Corpora Sanctorum mittit, a
quibus mox vincula ceciderunt. Et Corpora Sancto-
rum Gnesnae sepeliuntur, Uno Sancto superstite.
Anno Eodem.
Lignum Sanctae Crucis allatum in montem Cal-
variae. Anno Eodem.
Boleslaus Rex Boleslaum Ducem Bohemiae

captiuum liberat, et in Bohemiam remittit. Qui fra-
trem excaecat et in Polonos saeuit ac amicos Regis
Rauitas. Anno domini 1006.

Jaroslaus Russiae Dux fratrem Suatopelcone fra-
tricidam profligat et Kijow accipit, Suatopel-
cone in Poloniam fugiente. Anno eodem.

= Boleslaus Rex Suatopelconem restituens breui
omnem Russiam conquirit, Jaroslaum bis profli-
gat, et Kijow accepit Suatopelconi restituit, Ja-
roslao ad Nouogrod fugiente, et nouam parante
pugnam: Suatopelcone autem imperium Regis
non ferente, et Milites Polonos clam necante, cu-
hoc Rex resciuisset Ciuitatem diripit, et cum
duabus sororibus Suatopelconis et mult. Ruthenis

in Poloniam triumphans redit, Erectis tribus Co-
lumnis aereis pro Gadibus. Anno dni 1 0 0 8.

Jaroslaum Russiae Ducem cum omni potentia Re-
gnum ingressum Boleslaus Rex post remissu Exer-
citum strenue pugnando profligat, et multa onu-
stus praeda ac rapinis revertitur, Ecclesiamque
Gnesnen ac alias illis ornat. Anno 1 0 1 0.

Rex Boleslaus ne Militum animi ocio hebeta-
rentur Saxoniam ingressus illam populatur,
et vastat nemine resistente, et ad fluviu Sala-
va Columnas ferreas pro Gadibus et finibus Re-
gni erigit. Anno Eodem.

Pomeraniam, Cassubiam, ac caeteras Provinci-
as olim Polonorum, quibus viginti Duces praerant,

Boleslaus Rex recuperat, illosq; Tributarios ac feudales facit. Postea Gnesnae Nuptias filij celebrat. Anno domini 1014.

Rex Boleslaus Prussiam ingressus, illam Tributariam Poloniae facit, et in unam Provinciam redigit. Anno domini 1015.

Boleslaus Rex solus causas audire, Iusticiam administrare, superbis resistere, Pauperibus assistere, et illis victum ministrare solitus erat. Anno domini 1016.

Iaroslaum Russiae Ducem cum magno Exercitu Poloniam ingressum, Rex Boleslaus ad fluvium Bug profligat et fugat, Russiamq; ingressus ferro atq; igne vastat. Anno 1018.

Tributo Ruthenis imposito Boleslaus cum eis pa-
cem facit, utiturque erga Ruthenos captos sum-
ma gratia. Anno domini 1019.

Liberalitas Boleslai in Ecclesias ob gratiam divi-
nitus illi concessam, et etiam solutio decima-
rum manipularum. Anno domini 1020.

Boleslaus imponit datiam Strosne omnibus
Cmetonibus Regni pro tuen. Castris finibus ho-
stium vicinis. Anno domini 1021.

Nolentem Nobilitatem non solvere decimas
manipulares Rex Boleslaus castigat. 1022.

Boleslaus Rex Chabry infirmatur, sumptisque
Sacramentis, Testamentu condit, et de laudibus
eius. 1025.

Boleslaus in Militum suorum medio Posnaniae post longam Orationem de funerali Pompa facienda, et de futura in Regno scisione, ac tandem optimo Rege habitam, obijt. Anno Domini 1025.

Quantum Regnum Poloniae doluerit de Regis Boleslai morte. De moribus Statura ac virtutibus eius. Anno eod.

Rex Miecslaus Coronatur, et Gnesnae cum sua Vxore Richa ungitur. Eod.

Miecslaus Rex captis Ruthenorum obsidibus, Russiam in fide tenuit, et filium fris tradit. Eod.

Brzecislaus filius Odalrici Regis Bohemiae,

Polonos persequi cœpit, Rebellionem parans. Anno domini 1027.

Brzetislaus Bohemus sub ignauia Regis Poloniæ Miecslaj Morauiam occupat, Præsidijs Polonorum necatis. Anno domini 1028.

Miecslaus Rex Morauiam populatur propter deffectionem. Anno domini 1029.

Præfecti Cisalbini á Rege defficiunt Poloniæ, duces se creant, inter quos nunc est Marchionatus Brandeburgensis. Anno 1030.

Quomodo Ciuitas Lubucen et Comitatus Magnopolen defecit á Regno Poloniæ. Anno domini 1031.

Pomerani á Regno Poloniæ defficien, Tyranno

se dedunt, quem breui Miecislaus Rex profligat et Rebellionis authores castigat, Boleslaoque Vngariae Regis filio Exuli fortissimo filiam co-pulat, ac Pomeraniam comendat. Anno do-mini 1 0 3 2.

Degenerans ab Auo et Patre Miecislaus filiu Boleslaum amisit, et de moribus eius. An-no domini 1 0 3 3.

Miecislaus Rex captus mente, moritur Posna-niae. Anno domini 1 0 3 4.

Conuentus fit de Rege nouo eligendo, discor-dibusque inter eos, summa rei Rischae Reginae et quibusdam Consiliarijs committitur, tuncque res Polonoru sunt labefactatae et destructae. 1 0 3 5.

Omnis mali culpa dum in Reginam retorquetur,
Casimiri Coronatio differtur utroque expulso
propter Germanos, quos Regina in Curia fove-
bat, et Officiis praeficiebat, Polonis ipsis spretis.
Anno domini 1036.
Regina Rischa Regnum maximis Thesauris
spolians Imperatorem petit, illique duas Coro-
nas donat, Et filium Casimirum Parisios mit-
tit ad studia, et pro Thesauris multa bona emit.
Anno eodem.
Bellum atrox Civile oritur sub Interregno
et rustici adversus Nobiles arma capiunt fitque
rerum confusio maxima Anno 1037.
Bretislaus Bohemiae dux sub tumultibus

Polonorum, Regnum Poloniæ ingressus, forti manu Wratislauiam Posnaniamq; capit, deinde Gnesnam et Ecclesiam omnibus spoliat, Corpusq; S. Gaudentij, pro Corpore S Adalberti, ac qnq; fratrum Corpora in Bohemiam cum omnibus Ecclesiæ Thesauris ac multa Præda asportat.

Anno domini 1038.

Sanctus Stephanus Vngariæ Rex moritur, Cuj Petrus filius Ducis Wilhelmi Burgundiæ succedit, Primus apud Vngaros Rex peregrinus.

Anno Eodem.

Casimirus Miecslai Regis filius Parisien studijs vacans, Monasterium Cluniacen ingreditur, genus et Originem suã secreto seruans,

et Monachus viuere decreuit in Galijs. Anno do-
mini 1038.
Missi Rhomam Nuntij per Stephanum Archie-
piscopum, quaestum de spolio Eccl[esi]ae Gnesnensis,
Citatur Dux Brzecislaus, et Seuerus Episco-
pus Pragen, quorum Nuntij firmia facie omnia
ea restituturos esse promittunt, Sed postea pro-
pter Scisma et Corruptiones, dum Papa Betre-
tum non exequeretur, nihil restitutum fuit.
Anno domini 1039.
Polonorum Respublica turbata, pars in loca sil-
uestria et paludinosa cum armentis se recepit,
alijs Terram Plocensem petentibus vltra Vi-
slam, vbi Maslaus olim Regis Miecslai Pincerna,
p[er] Tyranidem Dominium occupauerat. 1040.

Moti tandem Barones Poloniæ calamitatibus Pa-
triæ, decernunt reuocandum esse Casimirum ad
Regnum, missiq; Legati ad Mrēm, vbi illū Mo-
nachum fact̄ intellexerut, Gallias petūt: Quo-
iam Diacono et professo reperto, laeti Abbatem ro-
gant vt restituat eis Principem, Qui eos pro li-
centia impetrañ ad Pontificem in Vrbem re-
mittit. Anno domini 1040.

Nuntij Polonorum ex Cluniaco Romam petēn
supplicant a Pontifice, Regem Monachum sibi
dari pro Regni salute. Anno eod̄

Pontifex ad preces Polonorum Casimirū Mo-
nachum ad Regnum restituit, indicta Polo-
nis perpetua denarij Sancti Petri solutione,

et tonsura crinium ad aures usq; pro tanta gratiæ memoria. Anno domini 1 0 4 0.

Redeuntes Legati Cluniacum Principem Casimirum ad Matrem Rixscham primum adducunt, A qua dum in Germania cōtineri nō potuisset, Poloniam remittitur bene prouisus. Anno domini 1 0 4 1.

Visitans primo Casimirus Henricum Romanorū Regem et affinem, obtinet restitui duas Coronas Conrado donatas, mittitq; ad Brzetislaum Bohemiæ Ducem pro restituen ablat Regno, q id nequaquā se facturum respondit. Ioan.

Casimirus Rex Poloniæ Mariam filiam Iaroslai Ducis Russiæ in Vxorem accipit: Quæ postea baptisata Dobrogneua appellata est. Ioan

Maslaum Masoviae Tyranum, quum arma con[tra]
Casimirum sumeret, Rex ipse profligat et fugat,
et in suā ditionem Masoviam redigit. An-
no domini 1 0 4 2.

HEnricus Rex Romanorum Bohemiae Ducem
Bretislaum victum, Tributarium ac feudata-
rium reddit. Anno Eodem.

Ungari Regem suum Petrum quod externis Prae-
fectis ad Officia eos spernebat, repellunt: et
Ouonem suscipiunt. Anno Eod[em].

Casimirus Rex Maslaum cum magna Ruthe-
norum potentia miraculose profligat. Anno
domini 1 0 4 3.

Casimirus Rex ex Conuentu Cluniacensi —

Monasterium in Tyniecz fundat, et facta Con-
uentione tributum denarij Sancti Petri decer-
nit soluendum. Quod sane posteritati Polonorum
utile fuit ad probandum Regni terminos 1044.

Aaron Abbas Tynecen in Episcopum Cracoui-
ensem eligitur, et per Pontificem Archiepiscopus
factus, et palium datum ei in perpetuum pro
Ecclesia Cracouiensi. Anno domini 1046.

Cum Vngari in necem Abae Regis conspirarent
et illi relatum esset, Quinquaginta de consi-
lio necat: Vnde multi ad Henricum Impera-
torem fugientes ipsum cum Petro expulso et
magno exercitu vocant in Vngariam, Cui Aba
occurrens profligatur, et a suis interficitur, et
Petrus Coronatur. 1047.

Vngari

Vngari iterum in Petrum conspirant, quibus castiga-
tis Vngari Andream et Leuontam ex Polonia re-
uocant, et fide Christi negata, ad idolorũ cul-
tum redeunt, Beato Gerardo Episcopo et alijs
necatis, ipsoq; Petro excæcato. Anno 1048.

Andreas in Regem electus à tribus Episcopis Coro-
natur, Cultum Christianum defuncto fratre
Leuonta restituit. Anno domini 1049.

Andreas Rex Vngariæ Belam frẽm ex Polonia
cum Vxore et liberis reuocat, et tertiam Regni
partem assignat. Anno domini 1050.

Henricus Imperator vlturus Petri Regis necem
Exercitum cum Epõ Ratisponen̄ in Vngariam
mittit, qui cito sine laude redijt. 1051.

C.

Henricus Caesar cum in propria Persona Ungariam venisset cum magno Exercitu astu Ungarorum, defficiente victu rebus infectis domum rediyt Anno domini 1052.

Henricus Imperator tam diu Ungaros attriuit, donec Andreas Rex pacem peteret, et illam connubio filij sui cum filia Imperatoris firmauit. Anno Eodem.

Casimirus Rex Ecclesiam Cathedralem Smogorzouien ad Wratislauiam transfert, et dotat uberius. Anno Eodem

Casimirus Rex Pomaniae moritur. Anno Eodem

Boleslaus filius Casimiri in Regem Poloniae eligitur, et post Coronatur. Eodem

Moritur Aaron Archiepiscopus Cracouiensis

et vacauit Sedes biennio integro. Anno domi-
ni 1 0 5 9.

Zbigneus Dux Bohemiae moritur, Cui Wra-
tislaus Succedit, Cuius frater Jaromirus reli-
cto statu Spirituali ad Boleslaum Regem con-
fugit. Anno Eodem.

Wratislaus Dux Bohemiae dolens de Jaromiri
fratris receptione Poloniam inuadit, Cui Rex
occurrit, quem sentiens Dux fugit, Rex sequen-
do Terras eius vastat, multosq; captiuos et spo-
lia abducit. Anno domini 1 0 6 2.

Pax fit inter Regem Poloniae et Ducem Bohe-
miae, Cui sororem Boleslaus Rex Poloniae dat
in Vxorem. Anno domini 1 0 6 3.

Pruthenos rebelles et tributa negan̄, iterum Rex profligat, et pendere tributa cogit Anno Domini 1064.

Boleslaus Belam Ducem Exulem ex Vngaria profligato Andrea Rege Vngariæ in Regem Coronari facit, et in sede ponit. Anno 1055.

Boleslai frater Mieczslaus moritur. 1066.

Boleslaus Rex filiam Ducis Russiæ in Vxorē ducit. Anno domini 1067.

Liberalitas Regis Boleslai in Iaromirum Ducē Bohemiæ sæpe numero sibi et Regno suo infestū. Anno domini 1068.

Nascitur Boleslao filius Mieczslaus. 1069.

Boleslaus Russiam invadit. 1070.

Bela Rex Vngariæ moritur. Anno dñi 1070.

Boleslaus Kyow et Plocsko capit. Eodem.

Boleslaus Ciuitatem et Arcem Præmysliēn capit. Anno Eodem.

Geysa Dux Vngariæ cum fratribus ad Boleslaum fugiunt, et auxilium con̄ Salomonem petunt. Anno domini 1071.

Boleslaus Rex Vngariam iuit cum Exercitu vbi filios Belæ concordauit. Eodem

Boleslaus Wolhini Castrum sex Mensibus obsessum capit. Eodem

Boleslaus totam Russiam in suo Imperio subijcit, deuicto Duce Wschowaldo. Anno domini 1074.

— Sanctus Stanislaus Episcopus Cracouien Regem
pro adulterio monet, qui propinquos Piotrdi
pro Piotrouin Villa in eum mouet, Et ille in de-
fectu testium promittit ipsum Piotrdi mortu-
um, statuere ante triennium. Anno 1 0 7 4.

Sanctus Stanislaus Villam Piotrouin teste ex mor-
tuis producto per sententiam Regis et Procerum in di-
tionem Ecclesiae accepit. Anno Eod.

Petrus ad tumulum reuertitur. Eod.

Boleslaus iterum Kyouo capit, et tributa à Ru-
thenis exigit. Anno domini 1 0 7 5.

Boleslao ex victoria elato et in libidines prola-
pso Polonorum Vxores seruis et alijs se miscent,
quo audito Poloni subito domus petunt Rege re-
licto. 1 0 7 6.

Poloni seruos adulteros et Vxores sumunt. Anno domini 1076.

Boleslaus in Milites et Vxores simul, Catullis ad mamillas adhibitis, nimmie castigat. Eod.

Beato Stanislao ob admonitionem Paternam Rex irascitur. Anno domini 1077.

Sanctus Stanislaus Regem suis monitum excommunicat, et publicat, Cui Rex in necem insidias parat. Anno domini 1078.

Sanctus Stanislaus Regem Boleslaum, quia Ecclesiam excommunicatus ingreditur corripit. Anno domini 1079.

Boleslaus Rex Sanctum Stanislaum interficit. Anno Eodem.

Milites de tribus Familijs vczt Babatum cu Cruce, Item Strosorum, Item fluminis Srzemiaca cu Cruce, Cadauer S. Stanislaj trucidant Anno domini 1079.

Corpus S. Stanislai ab Aquilis custoditum re, dintegratur et sepelitur. Anno Eod

Ex Commissione Romani Pontificis Regnum Poloniae interdicto feritur, et Occisores Sancti Stanislaj castigantur, Et Rex ipse priuatur Re, gno. Anno domini 1080.

Boleslaus suorum insidias timens in Vngaria fu, git, et post cum vno famulo in Corinthia vbi in quodam Monasterio ignotus seruies paenitentiam agens obijt, Et Regnum ad Duces redijt. Anno 1081.

Salomon Vngariæ Rex Cunorum auxilijs fretus
Wladislaum Regem bello petit, sed fusus ad
Bulgaros fugit, A quibus etiam pulsus in pe-
regrinatione vitam finiuit Anno 1 0 8 1.

Wladislaus germanus Boleslai occisoris Scti
Stanislai frater post ipsius discessum factus
Poloniæ gubernator et Rector, Et interdictū
ex Regno sustulit, Et Cracouien Ecclam Lam-
perto Polono natione de domo et familia Hab-
danck prouidit. Anno domini 1 0 8 2

Wladislaus Poloniæ Dux Iuditam Ducis
Bohemiæ filiam primo matrimonio sibi copu-
lat. Anno 1 0 8 3.

Miecslaus Boleslai filius ac cæteri Poloni

E v.

in Ungariam exulantes reuocantur. Anno domini 1084.

Votum Wladislai et suae Coniugis prolis causa. Anno domini 1085.

Polowcij Swatopelcum Ducem Kijouien profligant, Roscislao et Wladimiro Ducibus nequicquam adiuuantibus, vbi etiam Roscislaus in flumine Stuchnia naufragio perit. Iudita prolem masculinam, cui Boleslaus nomen datum est edit, ac mox ipsa moritur. Templum Diuo Egidio Cracouiae ponitur, multaque Ecclesiae redditibus augentur. Anno 1086.

Locustae insuper in graui multitudine in Terras Russiae appulsae omnia deuorat et cosumunt

Germania, Regioq[ue] Ruthenica partim vastatione et clade barbarica, partim locustarum demolitione sub uno tempore vehementer afflicta est. Anno domini 1086.

Dobrogniewa Casimiri Regis Vxor moritur. Anno domini 1087.

Corona Bohemis confertur et pene sub uno et eodem tempore Bohemiae Regnum coepit, et Poloniae Regnum desijt, vtriusq[ue] Regni continuatione et progressu quasi natura in vna lingua inuidente. Anno eodem.

Olomucen[sis] Episcopus Pragensibus per Borzwoium Pragensem Ep[iscop]um vnitur. Eodem.

Gregorius septimus Papa cu[m] Henrico Imperatore

in gratiam rediens moritur Salerni, Cui victor Tertius succedit. Anno domini 1087.

Wladislaus dux Poloniae secundus Miecslaus filius Boleslai Exulis primum matrimonia celebrant. Anno domini 1088.

Victor Tertius Papa veneno perit, Cui succedens Vrbanus secundus ante Otto dictus Terram Sanctam Cruciferorum opera recuperat. Eodem Sancti Stanislai Corpus in Ecclesiam Cracouiensem Cathedralem transfertur. 1089.

Miecslaus Boleslai Exulis filius moritur, summum sui apud Polonos desiderium relinquens matre etiam dum paucis diebus maestissima superuixisset fatum sibi sequente. Anno Eodem.

Polowcij á Wladimiro Percaslauien et Suato-
pelcone Kijowien Ducibus profligantur, sed rur-
sus bella renouant. Anno domini 1089.

Ruthem á Polonorum Imperio et ditione de-
sciscunt. Anno domini 1090

Inter Wratislaum Bohemiæ Regem et frem
ipsius Jarommirum renouatur dissensio, sed mor-
te Jarommiri cito accidente sopitur. Eodem

Pomærania et Prussia rebellantes á Wladi-
slao subiugantur. Anno 1091.

Wratislaus Bohemiæ Dux con Ottonem et
Conradum fres suos arma mouet, vbi Ottone
mortuo Conradus Wratislao recociliatur et
postea ab eo Regni Succor ordinatur, filio Bre-
tislao in Vngaria relicto. Anno 1091.

Ducum Russiæ cum Polowcis ac Olech Duce Russiæ perfido variæ pugnæ. Anno dni 1091.

Wladislaus Poloniæ Dux Polomiam iter rebellantem vastat, iamque in Polomiam onustus spolijs ingreditur cum superueniente hostium exercitu ut dubio ita atri certamine confligit, donec hostes nocte urgente fugerent. Anno 1092.

Tertia Wladislai in Pomeraniam Expeditione Castrum Naklel obsidione cingitur, Poloni visa quadam noctu prosequutione Castra sua deserunt, Quibus ab hostibus disiectis, re infecta Poloni Gnesnam redeunt. Eod.

Wratislaus Bohemiæ Rex moritur, huic Conradus frater succedit, Quo item cito mortuo Bretislaus Wratislai filius Regnu accipit. Eod.

Wladislaus Poloniæ Dux Pomeraniam quado ingressus cæde et incendijs omnia complet, et sibi rursus parere cogit. Anno 1093.

Bretislaus Bohemiæ Rex hostis infirmatus Poloniam vastat. Anno eod.

Exercitus Poloniæ in Bohemiam mittitur, Boleslaus paruulus Wladislai Ducis filius se cum Exercitu mitti, summo studio à Parente contendit, et impetrat: Vastatur Bohemia, et Boleslaus paruulus inira futuræ indolis declarat indicia. Anno dni 1094.

Horrenda et sine exemplo Alemaniam pestis inuadens, Ea tamen lues propitio Deo, à Polonis et eorum Regionibus non sentiebatur. Anno eod.

Conuentionem Generalem Duces Russiæ cale-
brant, Concordiam inter se iureiurando firmant,
hanc Suatopelcus Dux Kyouien Duce Dauid
excæcato violat, rursum bella varia nascuntur.
Anno domini 1 0 9 4.
Beatus Wladislaus Vngariæ Rex moritur,
Cui Colomanus Geyzæ filius Episcopatu Wa-
radien dimisso succedit. Anno Eod
Bretislaus Bohemiæ Dux Poloniam inuadit
Castrum Bordo capit aliud extruit dict
Kamienie[c]z, domum reuersus fugitiuos Polonos
ex Bohemia pellit. Anno 1 0 9 6.
– Gnesnen Ecclesia magna celebritate dedica-
tur, Pomerani interim Castr Sathol occupat, sed
noctu visione mira perculsi turpiter diffugiunt. 1 0 9 7.

Wladislaus

Wladislaus Dux Poloniæ Zbigneum è carcere di-
mittit, et vnius vtriq; filio sortem Regni desi-
gnat. Anno domini 1 0 9 7.

Duces Russiæ cum Suatopelcone Concordiam
ineunt. Anno Eodem.

Suatopelcus Castrum Wolodzimirz occupat Da-
uid Dux ad Woladislaum Ducem Poloniæ fu-
git. Anno Eodem.

Russiæ Ducem Dauidem ex Polonia accersunt
et illi ex possessionibus ac redditibus suis parte
consignant. Anno Eodem.

Boleslaus Princeps relata ex Pomærania illus-
tri et prospera victoria, a Patre Woladislao Duce
Balteo et Sacramento Militari ornatur. 1 1 0 0.

Russiæ Duces Poloniam populati, cum ad sua cũ ma-
gna præda et captiuor copia redeunt, a Boleslao Po-
loniæ Duce cæduntur. Anno domini 1101.

Borziwoy Wratislai Ducis filius victo Odalrico
Bohemiæ Principatum accipit. Eod.

Wladislaus Poloniæ Dux Baronum, sed maxime
Boleslai filij luctu moritur. Anno 1102.

Boleslaus Dux Poloniæ cum Sbislaua Suatopolco-
mis Ducis Russiæ filia matrimonium celebrat,
Quo tempore Bohemi a Sbigneo incitati Poloniã
vastare ne quicquã conantur. Anno 1103.

Boleslaus Dux Poloniæ misso in Bohemiã Exer-
citu Duces Bohemiæ vlciscitur. Anno 1104.

Bohemiã secũdo ipse Boleslaus ingressus affligit. Eod.

Duo Episcopi Poloni per Legatum Summi Pontificis suis Sedibus priuatur. Anno dni 1104.

Boleslao Duci filius Wladislaus nascitur. Eod.

Boleslaus Pomaraniam ingressus Golherb oppugnat, sed negligentia Militum re infecta spolijs tamen onustus reuertitur. Anno 1105.

Boleslaus Suantoborum quendam Vasalum suum a Pomaranis victum respetit et liberat. Eod.

Exercitus Poloniae Starbimiro Ductore Pomaraniam bis affligit; Dux Boleslaus domi venationi studens in periculosissimas Pomaranorum insidias incidit Ex quibus incredibili audacia et fortitudine paene victor euades, mox misso Exercitu denuo Pomaranos vlciscitur. 1106.

Castrum Kozlie casu exustum Boleslaus restaurat, fratre Zbigneo auxilium ad eam rem superbe ac minus negante. Anno domini 1106.

Boleslaus Zbigneum fratrem persequitur, Cui tandem supplici Masouiam relinquit. Eod.

Borziwoi e Ducatu Bohemiae pulsus apud Polonos exulans restitui in Ducatum frustra conatur Anno Eod.

Boleslaus Castrum Czarnkow occupat. Eod.

Henricus quartus Imperator, Imperio per filium exutus Leodij moritur. Anno 1107.

Boleslaus Dux Colomano Vngariae Regi contra Caesarem auxilia pollicetur. Anno 1108.

Zbigneus e Regno prorsus expulsus. Eod.

Henricus Imperator cum potenti Exercitu Poloniam invadit, quem tamen Boleslaus Dux clandestinis incursionibus toties caedit et affligit Anno domini 1109.

Miles Polonus Joannes Crzystha Ducem Suatopelconem in Caesaris Tabernaculo occidit, et ad suos illaesus fortissime recurrit. Eod.

Bohemi Duce novo electo Castra Caesaris deserunt quos et Sbigneus sequitur. Anno Eod.

Legati Polonorum apud Imperatorem liberat facinus, Ex quo Armorum Habdank origo. Eod.

Borziwoj Polonorum auxilio Ducatum Bohemiae occupat, sed ad Caesarem vocatus in carcerem conjicitur. Anno Eodem.

Boleslaus Polonorum Dux Wladislai Bohemiae
Ducis arrogantiam magna clade castigat. An-
no domini 1111.

Ruthenorum in Polouczos Expeditio et victoria.
Anno Eodem.

Pomerani et Pruthení in Masouiam irrumpen-
tes caeduntur. Anno domini 1112.

Henricus Imperator Paschalem Papam in carce-
rem detrudit, A quo postea Coronatur. Eodem

Suatopelcus Kijouien Dux moritur, Cui frater
Woladimirus succedit. Anno Eodem

Sobieslaus Bohemiae Dux profugus in Poloniam
venit. Anno Eodem.

Boleslaus Polonorum Dux Sobieslaum Bohemiae

Ducem reducere volens re infecta, Bohemia tamen vastata domum redit. Anno domini 1114.

Colomanus Vngariae Rex moritur, huic filius Ste-phanus succedit. Anno eodem.

Sobieslai et Wladislai fratrum Bohemiae Du-cum reconciliatio opera Boleslai celebrata. An-no eodem.

Boleslaus vniuersam Prussiam hoste se non oppo-nen vastat, vrit, spoliat. Eodem.

Zbigneus insolenter in Poloniam redit, ac ibi ex-trema patitur. Anno 1116.

Stephani Vngariae Regis et Bohemiae Ducu Con-uentus pro pace seditionem inuenit. Anno eodem.

Borzywoy et Wladislaus duces Bohemiae per Bole-
slaum Poloniae ducem diuiso dominio componuntur.

Anno domini 1116.

Castellanus Cracouien. supponitur Palatino Craco-
uien. qui prior fuerat, Palatinus antea maior.

Anno domini 1117.

Boleslaus a bello impeditus diuturna et mira
imbrium tempestate. Anno 1118.

Jaroslaus Wladimirien. dux ad Boleslaum Po-
loniae Regem confugit. Anno eod.

Pomerani caesi plerumque et perfecti Boleslao se su-
biiciunt. Anno domini 1119.

Suatopelcus perfidus in Nakiel oppugnatur et
tandem filio in obsidem dato liberatur. eod.

Paschalis Papa moritur, Cui Gelasius anni unius Papa succedit. Anno domini 1119.

Suatopelcus rursum in Nahiel oppugnatur, et captus perpetuo captiuus seruatur, illiusq; poste; ri ab omni Ciuitatum et Castrorum Praefectura lege amouentur. Anno domini 1120.

Gelasij Papae Successor Guido Imperatorem Hen; ricum anathemate percellit. Anno eod.

Matrimonium inter Wladislaum Boleslai du; cis filium, et Cristinam Imperatoris Henrici fi; liam celebratur. Anno eodem.

Siccitas aestatis Poloniam afflixit. Eodem.

Boleslaus Poloniae dux ex Alcida filio Casi; miro auctus. Anno eodem.

F v.

Wolodor dux Præmijslien. terras Poloniæ infe-
stans capitur, argenti summa postea redemptus. An-
no domini 1120.

Sobieslaus Morauiæ dux à Wladislao fre. duce
Bohemiæ victus et pulsus, primum in Germaniã,
deinde in Poloniam transfugit. Anno 1123.

Boleslaus Poloniæ dux Jaroslaum Wladimiriẽ
ducem reducit. Anno eodem.

Boleslaus in Saxiam proficiscitur, ac inde the-
sauros Regios in Poloniam aduehit. 1124.

Wolodor Præmijslien. dux Poloniam vastat,
Boleslao absente. Anno eodem.

Cracouia incendio absumitur. Anno domi-
ni 1125.

Sobieslaus in Bohemiam regreditur, Et Fratre Wla,
dislao mortuo Dux Bohemiæ creatur. 1 1 2 5.

Boleslaus Wolodorum Præmysliēn Ducem vl,
ciscitur Exercitum illius cædens, et Terras Rus,
siæ populans. Anno Eodem.

Boleslaus Dux Poloniæ Ecclesiam Cracouiēnsē —
exornat, Et Canonicatus viginti adiungit. An,
no domini 1 1 2 6.

Wolodor Præmysliēn et Wlodzimirz Kijouiēnsis
Duces moriuntur. Anno Eodem.

Henricus quintus Imperator moritur, huic Lo,
tharius succedit. Anno Eodem.

Sobieslaus Bohemiæ Dux Ottonem ex Mora,
uia pellit, et postea in pugna eundem occidit,

Imperatore Romano Ottonis partes frustra defen-
dente. Anno domini 1126.

Boleslaus ex Alcida filium Boleslaum Crispum
suscipit. Anno domini 1127.

13 — Sancti Adalberti Ossa de sepulchro leuata. Eod.

Wlodimirus et Roscislaus fratres filij Wolodorj
Premijslien. ducis inter se pugnant. Eodem.

Lotharius Imperator Conradum Imperium affe-
ctantem uista pugna profligat. Anno 1128.

Sobieslaus Bohemiae dux in consanguineos saeuit.
Anno eodem.

Boleslaus ductus paenitentia Corpus S. Egidij in
Francia visitat cum magna deuotione. Anno
domini 1129.

Post reditum e Francia Boleslaus sepulchrum Sancti Stephani in Alba Regali visitat, Postea Corpus S. Adalberti Gnesnae magnificis oblationibus honorat. Anno domini 1130.

Filius Boleslai primus moritur, Et alter cui nomen inditum est Mieczslaus optimae indolis puer nascitur. Anno domini 1131.

Stephano mortuo Vngari Belam caecum, Regem eligunt. Anno eodem.

Post obitum Honorij Schisma inter Innocentium et Petrum Leonis oritur. Eodem.

Boleslaus cupiens reponere in paternas Sedes filios Stephani Regis Vngarici cum Exercitu Vngariam petijt, et victor tandem in pugna evasit.

Cumq; iam Budam peteret audita depopulatione Regni per Sobieslaum Ducem Bohemiae facta, ad propria tuenda rediit. Anno domini 1132.

Boleslaus iterum Regnum Vngariae inuadit, Et Sobieslaus interim ad Trecentas Villas in Silesia et Polonia excurrit, Quod vlciscens Boleslaus, Morauiam late depopulatur, et onustus praeda in Poloniam reuertitur. Anno domini 1133.

Boleslaus Bohemiam in parte maxima depopulatus, cum non posset Bohemos ad pugnam reuocare domum redit, quem propere subsequutus Sobieslaus, fines Poloniae depraedatus est. Anno domini 1134.

Iaroslaus Dux Russiae dum rebellionem parat,

à Petro Wloscowicz astu et ingenio captus, et ad
Ducem Boleslaum deportatus est, sic defectioni
obuiatum est. Anno domini 1134.

Boleslaus ad Lotharium Imperatorem ad tra-
ctandum de pace cum Sobieslao Duce Bohemiæ
proficiscitur: Qua infecta inducias triennales
fecerunt. Anno domini 1135.

Boleslao ad Imperatorem profecto Iaropelci fi-
lius ordinato proditore vngaro, qui ad Boleslaũ
confugerat, Ciuitatem Wisliciẽ capit, et omni-
bus crudeliter necatis excurrit. Eod

Post proditionem Wisliciæ Boleslaus oẽm Russi-
am depopulatur, et maximam prædam in Polo-
niam abducit. Anno domini 1136.

Post Cladem Russiae Dux Halicien ad Bolesla-
um fugit, quem cum ille Ruthenorum et Vngaro-
rum dolis persuasus in Ducatum reducere curat
per insidias profligatur. Ex quo conflictu Pala-
tinus quidam cum multitudine Polonor. fugit, q
postea ductus paenitentia laqueo se suspendit.
Anno domini 1137.
Boleslaus ut facilior res cum Ruthenis esset, pa-
cem init cum Sobieslao, Regis eiusdem laudibus.
Anno eodem.
Boleslao Casimirus filius natus nihil doloris mi-
nuit de accepta clade. Anno 1138.
Boleslaus quinque relinquens filios cum inter quos
Regnum partiuisset, Casimiro autem infanti nil reliquisset,

moritur et in Ecclesia Plocen. sepelitur, hic Krzy-
wousthy dictus est, Vir nulli priorum Regum et
principum comparandus. Anno dni 1139.

Iaroslellius Kyouien. dux post infœlicem cu ol-
tomicis pugnam pacem ab eis petit et obtinet.
Anno Eodem.

Post obitum Boleslai, filij eius quor Regnum in-
ter se partiti sunt, Commissa Regni cura Vla-
dislao seniori, Cui et Casimirus infans in Tu-
telam datus est. Anno domini 1140.

Fundatio Monasterij Andrzeiouien. et dotatio —
per Griffones. Anno Eodem.

Sobieslaus Bohemiæ dux cupiens confœdus oc-
cupare terras Silesiæ moritur. Anno Eodem.

Wladislaus multis Vxoris suae precibus et persuasionibus ad expellendos fratres de Regno inducitur. Anno domini 1141.

Wladislaus contra vota Consiliariorum, Ruthenorum auxilijs a fratribus subiectionem et Tributum petit. Anno eodem.

Fratres Wladislaj ad Ducem Cristinum pro gratia obtinenda vadunt, obi nullam gratiam impetrarunt. Anno domini 1143.

Petrus Comes de Slusijn quia astabat Pusillis, et ioco detraxerat famae Ducis Cristini, ad foeminae importunitatem, lingua et oculis priuatur, multisque fundatis Ecclesijs et Monasterijs moritur. Anno domini 1144.

Wladislaus congregato ex Ruthenis maximo Exer-
citu, duos fratres expellit ad Miecislaum, qui
in Castro Posnamien. simul cum illis, prius mori,
quam se furori fraterno dare eligentes, ibi sese
strenue defendunt. Anno domini 1145.

Wladislaus desperans rebus suis, relicta Uxore
et filijs Cracouiae fugit ad Regem Romanorum,
Capta tandem Cracouia, missa Uxor cum filijs
ad ipsum, Et Boleslaus in Monarcham eligitur.
Anno domini 1146.

Wladislaus excipitur honeste a Rege Romanorum,
et obtinet ab eo Legatos mitti ad fratres, sor-
tem domini eius petentes, Quibus narrata sunt
facinora Wladislai, quibus auditis Imperator,

omne auxilium et fauorem ei negauit. Anno domini 1147.

Futurus Imperator ad recuperandam Terram Sanctam cum Rege Bohemiae, iter per Poloniam facit, Ubi per Boleslaum et fratres optime usque ad Mare tractatus, non potuit Wladislao gratiam apud fratres obtinere. Anno eodem.

Rediens Imperator ex Terra Sancta per Oratores iterum pro Wladislao Exule fratres rogat, Qui ambiguum responsum portauerunt. Anno domini 1148.

Imperator cum Rege Bohemiae magno Exercitu congregato Poloniam vadunt, Exulem Wladislaum secum ducentes, quibus sub fide obuia

Boleslaus factus persuasit astu et ingenio ad propria redire, vti factum est. Anno 1150.

Wladislaus collectis Militibus fines Poloniae ingreditur, et duo Castra intercipit, quae mox Boleslaus recuperat. Anno domini 1152.

Miecslaus Dux Poloniae filiam Belae Vngariae Ducis ducit in Vxorem. Anno 1153.

Henricus Dux Sandomirien cum Exercitu ad subsidium Terrae Sanctae profectus per annum illic manens ad Poloniam rediit. 1154.

Miecslaus Dux Monasterium in Lublin, et Ecclesiam in Kalisch erigit. Anno 1155.

Fridericus barbarussa Romae in Imperatorem Coronatur. Anno domini 1156.

Translatio Ecclesiæ Cathedralis Crusuiciensis in Wladislauiensem. Anno dni. 1156.

Cælebrantem Fridericum Imperatorem Comitia Herbipoli, Wladislaus Exul rogat vt in Patriam reducatur: Et Cæsar a Boleslao et fratribus eius, dum per Oratores id obtinere nequit, tum quia Tributum soluere nolebant, illis bellum indicit. Anno domini 1157.

Fridericus Barbarussa cum maximo Exercitu Poloniam vadit, vbi dum parum fæliciter rem se gerere videret, cum Duce Boleslao et fratribus eius pacem certis Conditionibus init, eandemque affinitate firmat. Anno domini 1158.

Wladislaus parans reditum ad Patriam in itinere moritur. Anno 1159.

Fridericus Mediolanum oppugnat. Anno 1159.
Insignia Bohemorum ex nigra Aquila in album
Leonem versa. Anno Eodem.
Mieczlao filius nascitur Boleslaus Crispus se;
cundus Nuptias celebrat. Anno 1160.
Mediolanum rursus ab Imperatore fortissime op;
pugnatur, ubi Wladislai Polonorum Exulis fi;
lius facinus egregium edit. Anno Eod.
Monasterium Miechovien fundatur per Ia;
xam de domo Griffonum. Eod.
Mediolanum diruitur et solo aequatur, Wla;
dislai Exulis filii (Caesare et Principibus eorum;
nis urgente) comiter a Patruis in Poloniam re;
cipiuntur. Anno domini 1163.

Boleslaus Prussiam ingressus, Prussos fidem Christi-
anam suscipere cogit. Anno domini 1163.
Pruthenj expulsis Sacerdotibus ad Idolatriam
reuersi munera Boleslao mittunt cum obedientia,
fidemq; abnegatam non posse pati asserunt, quod
Boleslaus Tributo accepto admittit. 1165.
Pruthenj rebellantes occisis Exactoribus Tribu-
torum Boleslai, Masouiam et Poloniam populan-
tur, et praeda onusti domum reuertuntur. Anno
domini 1166.
Thesaurj Mathaei Episcopi Cracouien in Cloaca
reconditi. Anno eod
Boleslaus cum fratribus omnibus Polonor viri-
bus collectis, dum in Prussiam per transfugos
Pruthenos ducitur, ab illis proditus astu Prute-

norum profligatur, Ubi et Henricus dux est inter,
fectus. Anno domini 1167.

Post mortem Henrici, eius ducatus Casimiro mino,
ri fratri cessit. Anno domini 1168.

Filij Wladislai ducis recuperaturi Monarchiã
Paternam, bellum mouent, quod tandem seda,
tum est. Anno domini 1169.

Tres soles in Occidente simul visi sunt Nonis Se,
ptembris, Et post duas horas defficientibus alijs,
qui medius fuit solus occidit: Similiter quoque modo
proximis annis tres Lunæ apparuerunt. Fort. m.

Milites Cracouien Casimirum ducem in Mo,
narcham præficere volunt qui renuit 1170.

Wernerus Epus Plocen Bolesta Visnen Castellany —

E v.

opera occiditur, tum ipse Castellanus publice crema-
tur. Anno domini 1170.

— Hospitale S. Michaelis Posnaniae fundatur, ubi nunc
Commendator est. Anno eod.

— Fundatio et dotatio Ecclesiae Kielcen per Gedeo-
nem Episcopum Cracovien. Anno 1171.

Boleslaus Crispus Monarcha uno filio relicto Le-
sckone moritur: Cui frater Senior Miecislaus suc-
cedit. Anno domini 1173.

Miecislaus Poloniae Monarcha elatus potentia, fit
scelestissimus Princeps. Anno 1174.

Wladislaus Bohemiae Rex, Regia dignitate et
Regno per Caesarem privatur. Anno eod.

— Sanctus Thomas Epus Canthaurien ab Henrico
Angliae Rege ab exilio reversus occiditur. 1174.

Gedeon Episcopus Cracouien. Miecslaum Ducem monet vt à tanta Tyrannide cesset, qui id facere recusauit. Anno domini 1174.

Pannonorum genus in Polonicum Regnum allatum est, quod ex cognomento Monasterij ex quo sumptum est Paporth, id est de porta Monasterij vocitatur, et in hanc diem multiplicat perseuerat. Anno domini 1175.

Rursus Gedeon Episcopus Miecslai Tyrannidem singulari artificio reprehendit. 1176.

Miecslaus Dux reprehensionem acerbe ferens et Episcopo et alijs Proceribus malum minatur. Anno Eodem.

Miecslao Duci Proceres communi consensu Imperium abrogant et Casimiro illud deferunt. 1177.

Miecislaus Maioris etiam Poloniæ Ducatu à filio suo Ottoni exuitur, moxq; ad Casimirum omnium Prouinciarum Regni Imperium venit. Anno domini 1179.

– Gedeon Episcopus Cracouien: fundat et dotat Monasterium in Wachrocslio, Ordinis Cistercien: supra fluuium Kamiona. Anno eod.

– Vitus de Chrotel ex Terra Sandomirien: ortus Nobilis de Domo Jamina, tria Monasteria Ordinis Præmonstraten: fundauit, in Witkowo, Buslio, et Plocslio. Anno domini 1179.

– Casimirus pacificato Regno leges iniquas Miecislai abrogat, nouasq; iustas constituit, Pro quarum Confirmatione Romam Legatos, et pro alicuius Sancti Corpore mittit. Anno 1180

Miecslaus summis precibus supplicat a fratre Casi-
miro restitutionem in Patriam, non tamen in Mo-
narchiam. Anno domini 1181.

Casimirus motus precibus fratris pro eius restitu-
tione Conuentum indicit, Cuius animo audito
Poloni tumultum excitant, Et ipse cogitur legem
abrogare, Tandem aliorum suffragijs adiutus
Miecslaus recuperat Maioris Poloniae Principa-
tum. Anno eodem.

Casimirus recuperata Croscie cum suorum mur-
mure Russiam petit, vbi circa Halics profliga-
tis duobus Ducibus Mscislaum affinem in sta-
tu reponit, Et victor domum redit. 1182

Miecslaus aspirans ad Monarchiam procurat se
haeredem Ducatus Masoviae et Cuiaviae p Leskone

Nepotem dolis circumuenit fieri, quod displicuit Ca-
simiro, Et filius Casimiri a vipera necatur. An-
no domini 1183.

Dum Miecslaus suos locaret in Castris Masoviae Offi-
ciales, reiectis Lesconis Officialibus, Lesko poeni-
tentia ductus ad Casimirum vadit, et tutoria
reuocat impetrata venia. Anno 1184.

Fundatio Ecclesiae Collegiatae Sancti Floriani
in Klepari. Anno eodem

Mscislaus Halicien. Dux a suis veneno necatur,
Et Bela Rex Vngariae Colomanno Exule incarce-
rato filium suum Andream in Russiam mittit
qui Ducatum Halicien. cepit. Anno 1185.

Polurdziowicen. Monasterium per Casimirum Polo-
norum Ducem fundatur. Anno eodem

Wladimirus corruptis custodibus ex Vngaria fugiens dum Halicien Castrum frustra capere tentaret in Poloniam facta incursione cum Præda fugit, quam sequens Exercitus Casimiri recuperat. Anno domini 1187.

Wladimirus supplex a Casimiro obtenta venia cum eius Exercitu depulsis ex Halicz Vngaris restituitur ad Ducatum. Anno 1188.

Capitur Hierusalem per Saracenos. Anno Eodem

Bela Rex Vngariæ dolens filij ex Halicz expulsionem incursiones in Poloniam facit, Idem vicevversa et Casimirus in Vngariam facit. Anno domini 1189.

Clerus Poloniæ ad Terræ Sanctæ defensionem Tributum pendit. Eodem

Fridericus Imperator et eius item filius Fridericus in Expeditione belli intereunt, hic postea ille aqua absumptus est. Anno domini 1189.

Pacis inter Vngaros et Polonos compositio communium partium consultatione frustra tentata. Anno domini 1190.

Aegre ferentes Poloni, Woladimirum in Halicz rem impositum absente in Russia Casimiro, Monarchiam restituunt Mieczslao, qui praeter Castrum Cracouien omnia occupat, quo audito Casimirus accurrens omnia recuperat, et filium Mieczslai captum datis muneribus liberat. Quo fit vt Casimirus fuerit fidus et amantissimus fratris vsque ad mortem. Anno 1191.

Casimirus necem Henrici fratris vlturus in

Prussiam

Prussiam vadit, omniaq; ferro et igne vastat, illosq; ad tributa retenta soluenda, et obsides dandos compellit. Anno domini 1192.

Salcidinus Rex Babiloniae de terra Sancta Christianos expullit. Anno eodem.

Concordant Poloni cum Ungaris perpetuo, et Rex Bela cum Casimiro Duce conueniunt, idemq; confirmant. Anno domini 1193.

Casimirus Dux ipso die S. Gotardi, dum cu suis Baronibus conuiuaret, subito cum omni merore moritur. Anno domini 1194.

Lesko filius Casimiri dict albus post morte fris in Ducem eligitur, et fratri Conrado Masouia et Cuiauia datur. Anno eodem.

G

Mieczslaus senex Electionem Lesthonis aegreferens ad Fulconem Episcopum et Milites Cracouien mittit illum abrogari et se surrogari petens, Quos renuen id facere cum valido Exercitu inuadit. Anno domini 1195.

Milites Cracouien audientes Mecslai potentiam Exercitum cum Ruthenis validum congregant, et cum Mecslao confligunt, Ex quo bello vtraq; pars victa discedit, Mecslao vulnerato fugiente, et Gouorcio Palatino Sandomirien capto. Anno domini 1195.

Fulcone Episcopo cognita strage facta, fr[atr]em Mecslai, um sequentem reuocat, et Arcem Cracouien prouidet. Anno Eodem.

Stantibus rebus quietis committunt Poloni Helenae

Vxori Casimiri misterium Anno domini 1196.

Vxorum vsus Sacerdotibus in Polonia per Legatum Papæ Cælestini interdicitur. Anno 1197.

Wladimirus Halicien. dux moritur, et Leslo Halicien. ducatu, profligato Romano duce, potitur. Anno domini 1198

Romanus Wladimirien. dux Nepos defuncti inuestitur per Leskonem in ducem Halicien. cum omnium Haliciensium mærore. Anno eod.

Lubucen. terra á Polonia sequestratur. eod.

Romanus dux Halicien. breui o[mn]em sua Tyrannide Nobilitatem Halicien. perdit cum terrore vicinorum. Anno domini 1192.

Mecislaus Helenam M[at]rem Leskonis rogat et hor,

tatur vt sibi ad vitam de Monarchia cedat. Et
ea consentiente, et in Sandomiriam recedente fit
Monarcha. Anno domini 1199
Terrae motus in Polonia. Anno domini 1200.
Constantinopolis per Venetos et Gallos capitur.
Anno eodem.
Monasterium Praedicatorum in Sandomiria per
Aleidam Casimiri olim Cracouiensis et Sandomi-
riensis Ducis fundatur. Anno eodem.
Mecislaus dum Helenae pacta seruare velle ne-
gat per Nicolaum Palatinum Crac. dum ipse
ad Maiorem Poloniam iuisset Monarchia pri-
uatur, et tota Cracouiensis terra Lestkoni resti-
tuitur. Anno domini 1201.

Mecislaus non praeualens contra fidem Baronum
quicquam de sua ad Monarchiam restitutio-
ne, iterum ab Helena omnia impetrat, et pri-
us ut Nicolaus Palatinus in exilium mittat.
obtinet, Qui ad eundem fugiens ipsum ad om-
nia reducit, et Mecislaus Helenae promissa non
seruans Wisliciam accipit, Tandem moritur,
Cuius filius Wladislaus Gubernator restat.

Anno domini 1202.

Conuentione habita de Monarcha eligendo
omnes in Leshonem consentiunt, modo prius re-
legetur Gouorcius Palatinus Sandomirien, Quod
dum facere Lesho negligit, ipse Palatinus se
paratum offert ad Exilium, Cuius virtutem



BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

complexus Leskio, cum ea conditione Principatum renuit. Anno domini 1203.

Celebrato iterum de electione Conuentu Wladislaus filius Mieczlai eligitur in Monarcham, qui non nisi de consensu Leskonis id suscipit, Et se optimum gessit principem. Anno eodem.

— Fundatio Monasterij in Trzebnicza per Beatam Hedwigim Ducissam Wratislauien, et quomodo facta. Anno eodem.

Romanus Halicien Dux Leskoni Tributa negat et hostem se declarat, ac Terras eius inuadit, quem aliquoties Leskio profligauit. Anno domini 1204.

Romanus Dux cum validissimo totius Russiae

Exercitu usq; ad Zauichost peruenit, ubi per Du-
cēs Lesconem et Conradum funditus profliga-
tur et interficitur cum magno Polonor. triumm-
pho. Anno domini 1205.

Lesco Albus mortuo Nicolao Palat. Cracouien.
in Monarcham eligitur, et misso in Russiam
exercitu Suantoslaum Ducem Russiæ cū aliys
captum suspendi facit. Anno 1206.

Primus Dux Masouiæ Conradus natu minor
Lesconis Albi Monarchæ frater. Eodem.

Episcopus Cracouien. Fulco moritur, de laudi-
bus eius et Vincentij Successoris Annalium Po-
lonicalium scriptoris. Anno Eodem.

Romano occiso Rutheni oēs ad Ungariæ Regē

Andream mittunt, pro filio Colomanno ad regendu,
Qui occupans Russiam dum à Catholicis Episco-
pis se Coronari facit, per Ruthenos expellitur
cum suis. Anno domini 1203.
Andreas Rex Vngariæ electionem filij de Duca-
tu Halicien. vlturus ipsum cum Vngarorũ et
Polonorum magno Exercitu Russiam mittit, vbi
Ruthenj Vngaros et Polonos profligant et ca-
dunt Colomanno Rege capto, Quem Mscisla-
us Dux cum Vxore reddere recusabant. An-
no dominj 1209.
Lesko deditus reformationi Iurium Regni Dua-
topelcum in Pomeraniæ Terra inuestiuit, acce-
pto ab eo iuramento fidelitatis, qui mox mu-

tauit fidem. Anno domini 1210.

Lesko Dux Ruthenos iam fere contemptui Po-
lonos habentes per Sulislaum Castellanũ San-
domirien. in magna copia profligauit, multis No-
bilibus et quorũ ducibus captis. Anno 1211.

Illo anno per quietem Regni omnis Thesaurus Cra-
couiensis Ecclesiae, ictu fulguris combustus est.
Anno domini 1212.

Tartari primum contra Polonos veniunt, et Ru-
thenorum omnem potentiam eis auxiliantem
fundunt et caedunt. Anno eodem.

Gertrudis Regina Vngariae, Mater Sanctae Eli-
sabeth a Banlibano occiditur. Anno eod.

Wladislaus Plwacz Mieczlai senis Nepos cum a

Wladislao Duce Curatore sui partem obtinere non posset, Callisien̄ Castrum accipit, Vnde pulsus ad Andream Regem Vngariae fugit. Anno domini 1214.

Canonicis Cracouien̄ Refectiones (ut vocant) per Vincentium Cracouiensem Ep̄um institutae. Anno domini 1214.

Conradus Dux Masoviae Cristinum Palatinum Plocensem Virum strenuum occidi mactat, cum magno Terrarum suarum detrimento. 1217.

Vincentius Episcopus Cracouien̄ resignat Episcopatum, Et illi Iuo succedit, qui Rhomam cum Iacslone Viroque Odrowasch pro Pontificali Confirmatione petit, Vbi Beatum Dominicum comperiens, et miracula videns, obtinuit

Iaczkonem Canonicum Cracouien. et tres alios in Ordinem assumi: Vincentiusque in Andrzeiowien. Monasterium se contulit. Anno 1218.

Vxores adimuntur Sacerdotibus per Henricum Kietlicz Archiepiscopum Gnesnen. 1219.

Lesko ducit Vxorem Grzymyslauam filiam Iaroslai Ducis Russiae. Anno domini 1220.

Inundatio mira in Polonia ut aquis supra modum crescentibus et inflat quid particularis Cataclismus terris timebatur accidisse. Vndarum autem tam horrenda et insolita eruptio, et plerasque villas in basso sittas demolitione perpetua absorbuit. Vernalia frumenta seri prohibuit. Anno domini 1221.

- Fundatio Ecclesiae Sanctae Trinitatis in Monaste-
rium per Iuonem Epum et Dominicanos. Anno do-
mini 1222.
- Fundatio Ecclesiae Beatae Virginis in Circulo Cra-
couien in Parochialem quae apud Ecclesiam S.
Trinitatis constiterat transfertur. Eodem.
- Fundatio Monasterij in Kacijcze Cistercien qd
deinde in Mogilam translatum. Eodem.
- Hospitale in Pradnik per Iuonem Epum Craco-
uiensem fundatur, quod nunc est apud Sanctum
Spiritum Cracouiae. Anno domini 1223.
- Vincentius idem Praebendas aliquot in Kielcze
fundauit. Anno Eodem.
- Decimae pro Vino et Oleo Cracouien Ecclae con-
cessae per eundem Vincentium. Eod.

Henricus Wratislavien. Dux Monarchiam Polo-
niae respetiturus, cum Exercitu Cracoviam vadit,
Et cum maiorem potentiam Lesconis videret, ini-
to cum eo faedere, de iure suo illi cedit, ad suaque
revertitur. Anno domini 1225.

Tectorum Cracovien. Ecclesiae Cathedralis, Tur-
ris Monasterij Sanctimonialium in Zwierzymiecz,
Dormitorium Fratrum Praedicatorum in Cracovia
fulmine tacta accensa et concremata sunt, homi-
nibus illaesis et incolumibus. Anno Eodem.

Wladislaus Lasconogi Castrum Uscie longa cin-
xit obsidione, et Wladislaum Ottonis ibi claudit,
Quam cum remissius teneret, nacta opportunitate
Wladislaus in Castra irrupit, Patruum vicit,
Et Castrum Posnanien. et Callisien. recuperat 1226.

Fundatio Monasterij in Mogila per Iuonem Epum
Cracouiensem. Anno domini 1226.

Suatopelcus elatus petit a Wladislao Pomerani,
am, qua negata, negat tributum: Quo cognito
Wladislaus indicit Conuentum, et iubet Suato,
pelcum venire, Qui intellecta re cum consilio
Wladislai Ottonis Ducem Wladislaum cum
Duce Henrico in balneo aggreditur, Et Ducem
Wladislaum interficit Henricum vulneratum
per fidem serui relinquens. Anno 1227.

Conradus Dux Masouiae et Henricus cũ bar,
ba Dux Silesiae pro Monarchia et Tutoria cer,
tant, Prope Cracouiam duplex Henrici victo,
ria cessit, Conradus postea astu capit Henri,
cum, quem cum filius recuperare curat Beata

Heduigis Vxor Masouiam veniens Consilijs suis li-
berat, Et Henricus de Monarchia cedit Conra-
do, iuncta cum eo affinitate. Anno 1228.

Vlturus Wladislaus Laskonogi iniuriam a Wla-
dislao Ottonis acceptam, cum valido Exercitu ipsum
profligat et capit, Qui tandem fugiens ad Sua-
topelcum, ipsumque cum Exercitu contra Patruum
ducens, illum prae terrore aufugere cogit, et Ter-
ras omnes occupat. Anno domini 1229.

Iuo Cracouien. Episcopus gratus Pontifici Roma-
no Gregorio pro rehabenda Ecclesia sua Metro-
politica dignitate ad eum vadit, omnibusque ob-
tentis dum Romam iret, Mutinae moritur, et eius
Corpus per Fratres Sancti Dominici Cracouiam
defertur. Anno eodem

- Mortuo Iuone biennio vacat Cracouien Sedes propter
Scisma, Tandem Pontifex Vislao Canonico ele;
cto ad preces Henrici Ducis prouidet, Et eo anno
Ecclesia combusta est. Anno dni 1230.

Conradus Masouia Dux a Pruthenis lacessitus
vocat Cruciferos, primum eos in Dobrzyn locat,
Et postea Culmen et Lubauia terras certis con;
- ditionibus per eos non seruat donat cum maximo
malo Polonorum. Anno Eodem.

Wladislaus Lasko nogi dum diu Gnesnen Castrum
frustra obsidet, in Sroda nullo relicto haerede
moritur, Cui in omnibus Wladislaus Ottonis suc;
cedit. Anno domini 1231.

- Conradus aedificat Thorun, et alias Arces apud
Pruthenos. Eodem.

Wladislaus.

Wladislaus Plwacz multa Ecclesijs Gnesnen et Posnamen dedit Priuilegia et libertates. Anno 1232.

Milites Poloniae Maioris exacerbati in Principem propter libertatas Ecclesias rebellant, et Henricum cum barba vocant, qui omnem Poloniam occupat fugien: Wladislao ad Swatopelcum Socerum. Anno domini 1233.

Conradus Dux Masouiae Boleslaum Nepotem in adultum, et ad Monarchiam aspirantem cu matre castiguat, et in Cyrsko postea in Sieciechoro recludit. Anno Eodem.

Conrado in Pruthenis subiugan occupato Dux Boleslaus aufugit ad Henricum cu barba, cuis auxilio Cracouiam veniens oem Terra sua recuperat,

et quiete possidet sub Tutoria Henrici Ducis. Anno domini 1234.

— Monasterium Scziriczen per Visclaum Episcopum Cracovien fundatur. Anno eodem.

— Monasterium Ordinis Praedicatorum in Plocsko per Conradum Masoviae Ducem fundatur. Eod.

Conradus Dux Masoviae dum frustra tentat annis sam Tutoriam recuperare, fortificatis Ecclesijs in Predocim, Scarbimiria, et Andrzeiowo recessit: Quae ab eius Militibus strenue defendebantur. Anno domini 1235.

Henricus cum barba Castrum Gnesnen expugnan frustra, in Silesiam cum suorum damno redit. Anno domini 1236

Facta pace inter Conradum et Henricum Boleslaus
pudicus Henricum eligit in Procuratorem et bona
Opathowo ac Kasimirz Ecclesiae Lubucen donat.
Anno domini 1237.

= Fundatio Monasterij Sancti Francisci Ordinis
Minoris in Cracouia per Boleslaum pudicum. An-
no eodem.

Wladislaus Ottonis moritur duobus filijs relict.
Anno domini 1239.

Conradus Dux Masoviae Boleslaum Pudicu infesta-
re cepit, qui Cunegundi virginem filiam Belae Re-
gis Ungariae duxit puellam singularis santitat
cum qua vitam duxit Caelibem, Et Conradus
pacificatus est illi. Anno eodem.

Conradus Dux Masouiae Ioannem Czapla Wladislauiensem et Plocen(sis) Scholasticum, suspendi ante Ecclesiam Sancti Dominici in Ploczko fecit. Hic et ab Andrea Episcopo excommunicatur. Anno domini 1239.

Caeso apud Chmielnik Polonorum exercitu, Tartari Cracouiam ueniunt, Quam populo ac Duce etiam (nam hic in Ungariam fugerat) prorsus vacuam miserabiliter vastant et incendunt; Templum tum Diui Andreae ante moenia situm, paucorum hominum ope seruatum est. Anno 1240.

Tota Dioecesis Plocen(sis) ob necem Scholastici interdicta. Anno eodem.

Clerus Poloniae concedit quintam partem omnium reddituum Sedi Apostolicae ad triennium, et tunc in-

cesserat Quadragesima a die Cinerum, quæ a Domi-
nica Septuagesimæ incipiebat. Anno 1240.

Pramijslaus Regis Bohemiæ filius Patrem Regno exu-
it, qui tandem a Patre captus ac carcere punitus,
Moraviæ Principatum reconciliatus accepit. Anno
domini eodem.

Pramijslaus et Boleslaus iterum Maiorem Poloniã
inter se dividunt, et prior sors cessit Boleslao, resi-
stere dubitanti et timenti. Anno eodem.

Secunda Expeditio per Ludovicum Regem Francorum
contra Saracenos male gesta. Anno eodem.

Nuncij Romam missi pro Canonisatione Sancti
Stanislai, Et Papa proprium Commissarium ad
examen mittit. Anno domini 1250.

Przemyslaus Castrum Drdzen a Pomeranis occupatum recuperat. Anno domini 1250.
Boleslaus Legnicen. dux Henricum frem Wratislaui: ensem ducem, tertio etiam ut tenere ita infelicis- sime misperit. Anno eodem.
Fridericus Imperator moritur. Anno eodem.
Przemyslaus Posnanien. dux Castrum Rudam qd nunc Wielun dicitur recuperat. Anno 1251.
Mendog Lithuaniæ dux Christianum se simulans in Regem Coronatur, et cæteri Lithuani fidem Christi simulate susceperunt. Eodem.
Missi Nuntij pro Canonisatione Sancti Stanislai secundo, cum res bene esset digesta. Et Cardinalis Regnaldus resisteret, miraculose æger factus et sanatus est, Consentitq mox in Canonisationem. 1253.

Canonisatur Sanctus Stanislaus in Ecclesia Assisien.
et ibi mortuus resuscitatur. Anno domini 1253.
Alia Commissio data Nuntijs Poloniae Regis super
examine testium in facto Canonisationis Sancti
Stanislai. Anno eodem.
Sal in Bochnia primum repertum meritis Cune-
gundis Ducissae Poloniae. Anno eodem.
Conradus per fratrem Boleslaum expulsus, ad Prae-
mijslaum, Ducem Posnanien. fugit, A quo in Ca-
stro Bythom repositus est, Et soror in Vxorem data
est. Anno domini 1254.
Praemijslaus Posnanien. Dux fratrem e carcere sol-
uit, ac noua cum eo haereditat. diuisionem confecit. Eod.
Petrus Plocen. Episcopus moritur, huic Andreas Co-
leli succedit. Eod.

— Boguslaus Posnamien Episcopus moritur, huic Petrus Decanus Posnamien succedit. Anno 1254.

Bela Rex Vngarorum Moraviam ferro vastat, magnumque Bohemis metum incutit. Anno eodem.

Boleslaus Pudicus Poloniae Dux, in gratiam Belae Regis Moraviam populatur. Anno eodem.

Reliquiae divi Stanislai Bohemorum Regi donantur. Anno eodem.

Post reditum Nunciorum ex Assisio cum literis Canonisationis Sancti Stanislai Octava die Maij Corpus exhumatur, et ossa pro reliquijs sunt habita. Anno eodem.

Boleslaus Calvus fratri Conrado haereditatem eius sortem restituit. Anno domini 1255.

Mendog Rex Lithuaniae creatus Officiae Lublini excurrit. eodem

Castrum Naluiel Pomæranj subita et inopinata irru-
ptione capiunt. Anno domini 1255.
Bohemiæ Dux Prussiam cum Exercitu ingressus
multos ad Christianam Religionem adegit. Eod.
Pax inter Pruthenos et Cruciferos in Prussia. Eod.
Premyslaus Dux Posnanien. Castrum Racigsz Po-
maraniæ capit et comburit, Suatopelcus Castrum
prope Naluiel ædificatum, dum non posset ægrere,
præsidium illius dolo euocat et profligat, Tandem
per Posonem Polonium Cruciferum pax inter eos
et satisfactio sequuta. Anno dni 1256.
Boleslaus Caluus Dux Legnicen. Thomã Epum
Wratislauien. cum Præposito et Canonico capti-
uat, quem decem Millibus Marcarũ taxat, Et

H iv.

ut decimae manipulares in fertones transmutentur iubet: Ipse et Ducatus interdicti. Anno 1256.

– Michael Episcopus Woladislavien moritur, huic Woladimirus succedit. Anno Eodem.

Guilhelmus Romanorum Rex moritur, de cuius successore magna inter Electores dissensio. Eod.

– Thomas Episcopus transmutatis decimis, et datis duobus Millibus Marcarum argenti liberatur; Volens postea idem Dux fratrem Ducem Glogoviae captivare, ad se invitatum ipse per eum raptus, et in Glogoviam ductus est. Anno domini 1257.

Alexander Papa ob detentionem Episcopi Wratislavien cruciatam, mittit ad Germaniam et Poloniam pro eius liberatione. Anno Eod.

Boleslaus Pudicus Cracovien et Sandomiriensis

Dux Monasterium Sancti Marci Cracouiae fundat. —
Anno domini 1257.

Praemyslaus Dux Pomeranien optimus moritur, uno filio posthumo eiusdem nominis relicto. Eodem.

Terrae motus grandis in Polonia. Anno Eodem.

Apud Wischograd Oppidum defficiente nauigio — strata super Undas Cappa coste[n]sa cum tribus fratribus sui Ordinis, uniuerso populo Wischogradien[si] inspectante, Beatus Hiacinctus Istulam fluuium sicco vestigio tranauit. Anno Eodem die XV Mensis Augusti.

Beatus Iacinctus Cracouiae moritur. Eodem. —

Boleslaus Gnesnen[sis] Dux Castelloniam Landen[sem] à Duce Cuiauien[si] Casimiro repetit. 1258.

Fulco Gnesnen Archiepiscopus moritur, huic Janussius succedit. Anno domini 1258.

Fundatio primi Monasterij Monialium in Zawichost per Ducem Boleslaum pudicum. Anno eod.

Masouiam Stromatus Lithuanorum Dux praedatur. Anno Eodem.

Warcislaus Dux Sclauorum Pomaraniam possulatur. Anno Eodem.

Casimirus Cuiauien Dux sub absentia Boleslai Calissien Ducis, Terras Calisien ingressus vastat, quem Boleslaus à tergo aggressus profligat, et cum magna potentia iterum Casimiri Terras inuadit. Et Lanciciam accipit. Anno eod.

Monasterium Sanctimonialium Gnesnae per Boleslaum pudicum fundatur. Eodem.

Casimirus Cuiauien̄ Dux Castrum Raciasz, Epo Wladislauien̄ eripit. Anno domini 1258.

Tartari Poloniam per tres Menses depopulantur, Sandomiriam cum Castro acceperunt et combusserunt, Cracouiam ceperunt, Unde Boleslaus in Ungariam fugerat. Tandem nullo resisten̄ cum praeda maxima reuertuntur. Anno eodem.

Mendog Dux Lithuaniae baptisatus ad Idolatriam rediens, omnem Masouiam vastat, Castro et Ciuitate Ploczen̄ exusta, Et tandem Prussia tota depopulata redijt cum praeda. Anno domini 1260.

Castrum Santhok a Regno Poloniae alienatur. Eodem

Bela Ungariae Rex et Pramislaus Bohemiae Dux bellum in foedus et pacem comutant. Eodem.

Andreas Cnolek Episcopus Plocen moritur, huic Pe-
trus Niedich succedit. Anno domini 1260.

Ulturi cladem acceptam Pruthenj et Masouitae Li-
thuaniam ingrediuntur, ubi fusi et profligati sunt
à barbaris. Anno domini 1261.

Castellaniam Landensem Boleslaus Callissiensis
dux bello recuperat. Anno eodem.

Flagellatorum secta in Polonia, mox ut efforruit
disperijt. Anno eodem.

Casimirus Cuiauien dux terram Lelouien oc-
cupat, quam mox rursus Boleslaus pudicus re-
cuperat. Anno eodem.

Praemyslaus Bohemiae dux Teneri(?)sum Impera-
toris assensu Regiam sibi usurpat dignitatem.
Anno eodem.

Papa Alexander quartus moritur: Cui Urbanus quartus succedit. Anno domini 1261.

Lithuani cum Ruthenis iterum Masouiam ingressi Ducem Semouitum interficiunt, Filium capiunt, Et Nobilitate profligata omnibus exustis redeunt. Anno domini 1262.

Boleslaus Castrum et Ciuitatem Ploceñ readificat, Anno Eodem.

Beatæ Heduigis Canonisationis Procuratio mcc; fit. Anno Eodem.

Lithuani Lowicz prædantur et Pruthenos fugat. Anno domini 1263.

Mendoz Lithuanorum Rex à suis per insidias dormiens occiditur. Anno Eod.

Fames tristis in Bohemia. Eodem.

Petrus Episcopus Plocen mortuus: Cui Thomas suc-
cessit. Anno domini 1263.

Dux Boleslaus Pudicus Pactuingorum Exercitu pro-
fligat in toto delet, et perdit, reliquis ad baptismū
conuersis. Anno domini 1264.

Casimirus Cuiauien, Lancicien, et Syradien Dux
Monasterium in Brzeście fundat. Eodem.

Culmen Ecclesia in Cruciferorum Ordinem comu-
tata. Anno Eodem.

Hospitale Sancti Spiritus, et Ecclesia Mariae Ma-
gdalenae fundatur Posnaniae. Eod.

Stromath Lithuanorum Dux a filijs Mendog Re-
gis occisi occiditur. Anno Eod.

Cometes magnus apparuit, Cuius apparitionem mors
Vrbani Papae sequuta est. Eod.

Festum.

– Festum Corporis Christi per Vrbanum Papam instituitur Anno domini 1264.

Ruthenos terram Sandomirien ingressos Nobilitas profligat. Anno domini 1265.

Boleslaus Pudicus Lesconem nigrum Nepotem adoptat in Successionem Ducatuum. Anno eodem.

Boleslaus Pudicus sub eo tempore nouis et firmissimis aedificiis vniuersum montem complexus instaurauerat. Anno eodem.

Mortuo Episcopo Posnanien tres fuere Competitores – sed omnibus reiectis Papa quartum motu proprio suffecit, Nicolaum Scholasticum Cracouiensem. Anno eodem.

Castra Santhcoli et Drdien ex cosensu Boleslai,

Calissien Ducis, et Conradi Marchionis per arbitros facto demoliuntur. Anno domini 1 2 6 5.

Mortuo Papa post quinquennium Guido Fulcoldi eligitur inuitus, Clemens quartus dictus. Eod.

Boleslaus Pudicus Exercitu misso contra Swarnonem Russiae Ducem cum Palatino Cracouien, maximum Ruthenorum Exercitum profligat fugiente eorum Duce Swarnone. Anno domini 1 2 6 6.

Castrum Santhock quod contra pacta Boleslaus exae- dificauerat ex Concordia Marchionis Brandebur- gensis, et Ducis Boleslai Pii exuritur. Eod.

– Prandota Episcopus Cracouien moritur; Cuius in lo- cum Paulus Canonicus Cracouien suffectus. Anno Eod.

Wratislauien Ducatus ob fratrum discordiam bifariam

scinditur, quorum Henricus moriturus Wladislao re-
conciliatur, suisq; ac suorum Tutellam committit.
Anno domini 1266.

Daniel Russiæ Rex qui post impetratam Coronam
á Pontifice ad pristinos errores redierat, moritur,
Anno eodem.

Beata Heduigis Ducissa Poloniæ Canonisatur. An-
no eodem.

Cardinalis Guido Legatus in Polonia contra Sarra-
cenos cruciatam publicat. Anno 1267.

Czechanow Castrum Masoviæ per Pruthenos barba-
ros capitur et comburitur. Anno eodem.

Thomas Wratislauien Epus moritur, atq; idem
Episcopatus Wladislao Duci Wratislauien ad

vitæ suæ tempora in Commendam conceditur. Anno domini 1267.

Contentio inter Episcopum Wladislauiensem et Casimirum Lancicien. et Cuiauien. Ducem per arbitros quos Legatus Papæ constituerat componitur. Eod.

Ossa Beatæ Heduigis ex Tumulo accepta in venerationem habentur. Anno Eodem.

— Salomea Halicien. Regina moritur, et inter Beatas computatur. Anno domini 1268.

Casimirus Cuiauien. et Lancicien. Dux moritur, Anno Eodem.

Clemens Papa moritur: Sedes triduo vacat. Eod.

Suatopelcus moriturus duobus filijs præcipit, ne cum Cruciferis aliquam pugnent, Poloniæ vero Principibus parcant. Anno Eodem.

Zemomislaus Cuiauien et Lanticien Dux, ut coepit ad consilia Cruciferos admittere, Polonis spretis, spernitur. Anno domini 1268.

Et Poloni ad Boleslaum Pium defficiunt, Qui relicto sibi Castro Cruswicza, Zemomislao Polonos conciliat. Anno eodem.

Plocen et Chelmen Episcopi qui de finibus suorum Episcopatuum frequenter concertabant, per Episcopum Wladislauien reducuntur in gratiam. Anno domini 1269.

Otto Marchio Brandeburgen Castrum Sulecz prope Miedzyrzecz capit. Et Boleslaus Pius Castrum Sulencz expugnat, diruit, et comburit. Eodem.

Duo Exercitus in aere certare frequentius audiuntur. Eodem.

Otto Marchio Castrum Santholi reaedificat, Et mox Boleslaus non longe ab eo aliud Castrum in octo diebus Drdrzen aedificat, Quod mox ab Ottone captum est. Anno domini 1270.

Archiepiscopus Salczburgen moritur: In Ducatum autem Wratislauien quem regebat Henricus quondam, eius, in Archipraesulis dignitatem Thomas succedit. Anno Eodem.

M- In Terra Cracouien Matrona quaedam Nobilis Margaretha Consors Comitis Virboslai de Villa Naluiel Triginta sex pueros vno partu viuos sed eodem die mortuos effudit. Anno Eodem

Die Lunae Octaua Idus Septembris prima noctis hora, Caelo patulo in Crucis modum apto, lux immensa speciem Lunae praeferens apparuit, Et tam Vrbem quam Regionem Cracouien illustrauit. Eodem.

Msczugius Culmen Terram inuadit, grassaturq; pas-
sim in omnia, Quo Prussiæ Mgr Ludouicus incen-
sus Pomeraniam quoq; deuastat, adeo vt Msczugi-
us pacem petere coactus sit. Anno 1270.

Ungariæ Rex vita functus est, Strygonij sepelitur,
Cui natu maior filius successit. Anno Eodem.

Ludouicus Prussiæ Magister moritur, Theodoricus
vero eligitur, Mestwinus Culmen Terra vastat,
Theodoricus autem Pomeraniam. Anno Eod.

Thomas Plocen Episcopus moritur: Cui Goslaus
succedit. Anno Eod.

Stephanus Ungariæ Rex Cracouiam venit, vbi
à Boleslao optime honoratus, fœdus quoq; inter
Ungariam et Poloniam est renouat. Eod.

Castrum Santh† Boleslaus recuperaturus, omne

illam Oram populatur, multa capit, sed Castro Son-
tholi irrecuperato redit. Anno domini 1271.

Ducibus Pomeraniae Mestuugio et Woreislao de
diuisione discordibus, Mestuugius fratrem capit, cui
reconciliatus partem dat Ducatus. Qui ulturus
iniuriam a Conrado Marchione Brandeburgen. sup-
petias petens, illi pro soluen. impensis, Castr. Gdansk
dat, et mox moritur. Quod repetens Mestuugius a
Saxonibus, dum recusant, opem inuocat Boleslai
Pij. Anno eodem.

Lesconi nigro impotentia in Corona Baronum a
Coniuge obijcitur, eoque relicto in Monasterio fratrum
Minor. pro Virgine sese gessit. Eod.

Bellum int. Bohemos et Vngaros repetitur, supe-
rioris tamen Bohemiae Rex spolijs onustus in

in Austriam redit. Anno Domini 1271.

Electio Papae in biennium producitur Cardinalium discordia, Tandem Gregorius decimus dictus eligitur. Anno Eodem.

Conradus Glogouien. Dux ducit Coniugem iam alteram, Cui Castra tria et Oppida pro dote obligat Qui a Boleslao Legnicen. Duce pariter aberat qui castuiaretur. Anno Eod.

Paulus Episcopus Cracouien. vita Exemplo malus, diuinarum et humanarum legum contemptor, per Otham et Jegotham de armis bipennium capitur, et ad Syradien. Castrum portatur, Unde emissus per Concordiam castigatis capstuiatoribus, et magna poena per Boleslaum Ducem Episcopo soluta. Anno Eodem.

B. V.

Msciuguis Pomeraniæ Dux cum auxilio Boleslai Pij Castrum et Oppidum Gdansk vi et armis recu, perat. Anno domini 1272

Boleslaus Pius misso Præmyslao Pomeranien. Duce cu Copijs omnem Oram Brandeburgen. vastat, et ca, pit Castra Strzelcze et Drdzen. Anno eod.

— Gnesnen. Archiepiscopo mortuo sedes sex Annis va, cat. Anno eodem.

Glogouien. Duci altera Coniux moritur, cuius dota, litia bona parens occupat, eaq; Archiep. Magde, burgen. vendit. Anno eod.

Præmyslaus Rex Bohemiæ cum Boleslao Pudico de Ducatu Opauiæ concordaturi conueniunt, quor, suspensa relinquunt, interim Paulo Episcopo Crac. authore multi rebellant Milites ad Wladislaum

Opoliensem Ducem in magno numero euntes, ipsu[m]q[ue] vocantes ad Ducatum: Boleslaus re cognita misso Exercitu omnes profligat, superstitibus castigatis. Anno domini 1273.

Lithuani Terram Lublinen[sem] praedantur, Quod etiam factum fertur Pauli Episcopi suggestione Cum vox humana et lupus dixisse fertur: Ve tibi Paule, illo tand[em] contrito annunciasse septem annorum vitam. Anno eodem.

Terra Polentarum et Pruthenorum a Ducibus Christianis populatur. Anno eodem.

Vlturus eam ambitionem Ducis Opolien[sis], Boleslaus cum copijs magnis, omnem Ducatum exegit et praedatur. Anno eodem.

Praemijslaus Posnamen[sis] Dux matrimonij cotrahen[di]

gratia in Sclavorum Terram descendit, Matrimoni-
umque perficit. Anno domini 1273.

Puer hora nativitatis suae et dentes habet et loqui-
tur, in baptismo utrumque amittit. Eodem.

Concilium Lugdunen[se] magna Episcoporum frequen-
tia celebratur, quo Legati Graecorum et Tartaror[um]
veniunt, illi ad unitatem fidei redeunt, isti ba-
ptisantur. Anno domini 1274.

Rudolphus in Regem Romanorum electus per Pa-
pam confirmatur. Anno Eodem.

Pruteni Culmen[si] Terra vastata, Henricu[m] in-
super Magistrum Prussiae vincunt. Eod[em].

Thomas de Aquino in Concilium Lugdunen[se] vo-
catus in itinere moritur. Eodem.

Griffina Consors Lesconis eidem per Boleslaum

Pudicum reconciliatur. Anno domini 1275.

Boleslaus Caluus prima illius Vxore extincta, ducit alteram, quae adulterium illius non passa ad paterna remeat. Anno Eodem.

Concilio Lugdunen finito Gregorius Papa Decimus moritur, ac miraculis claret. Anno Eodem.

Puer Semestris Tartarorum aduentum praedixit Cracouiae. Anno Eodem.

Castra Crosno, Greifeisthen, et Pcim ad Ecclesiam Mariaeburgen per Henricum Wratislauiensem Ducem ab obligatione liberantur. Eod.

Hiems insolita tempore insolito Cracouiae. Eod.

Rudolphus Romanorum Rex repetundarum quorundam Prouinciarum gratia in Austriam venit, cum

Premyslao tandem reductus in gratiam, eam affini-
tatis iure confirmat. Anno domini 1275.

Innocentius quintus Papatum quinque Mensibus te-
nens moritur, Cui Otto bonus succedit; Hic bre-
uius multo viuens decedit. Tertius eligitur qui
Ioannes XXII dictus. Anno 1276.

Vigesima pars Prouentuum à Clero Polonico per Pa-
pam eligitur. Anno eodem.

Boleslaus Caluus Legnicen. Dux, inuidens auctis
Nepotis Henrici probi ducis Wratislauien. cum
auxilio omnium ducum Poloniae contra Boleslaum ar-
ma mouent, Et à filio eius superatur, capto duce
Posnamien. Tandem donata Ciuitate Wloczlio
perpetuo Regi Bohemiae fit concordia per Regem
inter duces, Et Henricus liberatur, dat multis

Oppidis Duci Legnicen. Anno domini 1 2 7 6.
Lithuani Terram Lanciciẽn invadunt, vastant
Anno Eodem.
Joannes Papa ab aedificio collapso oppressus, Nico-
laus Tertius post sex Menses eligitur. Eod.
Theodoricus moritur, Conradus in locum illius eli-
gitur, duo Pruthenici Duces à Cruciferis subacti si-
à Tertio victis Cruciferis, Castra tria igne consumun-
tur. Anno Eodem.
Boleslaus Pius Callissiẽn Dux Terram Brande-
burgẽn depopulatur, et Copias Ottonis fregit. An-
no Eodem.
Dux Masoe Boleslaus Henrici Ducis copias ster-
nit atque fugat. Anno Eod.
Papa in Archipraesulem Gnesnẽn, neglecto eo qui —

praesentatus erat, Martinum fratrem Ordinis Praedicatorum confirmat, qui Roma discedens in itinere moritur. Anno domini 1276.

Praemislaus Bohemiae Rex fracto foedere cum Rudolpho Romano Rege, Austriam cum exercitu ingressus a suis proditus fugatur per Rudolphum et occiditur, Cui filius quinquennis successit. Anno eodem.

Lithuani et Pruthem Terram Chelmen praedantur, Castraque aliquot concurrunt. Eodem.

Boleslaus Pius Dux Callisien relictis tribus filiabus moritur, Cui in Ducatum Praemislaus Dux Posnanien succedit. Anno domini 1279.

Boleslaus Pudicus Dux optimus moritur Cracoviae, Cuius uxor cum sorore Boleslai Pii uxore vitam

Monastica

Monasticam et Sanctam accipit: Cui Lesko Niger Ne-
pos Dux Syradien succedit. Anno dni 1279.

Leonem Ducem Russiæ potentissimum, et Regnum
Poloniæ forti potentia ingressum, Exercitus Leskonis
nigri miraculosè profligat, et illum dispopulando Rus-
siam usque Leopolim sequitur, magnaque cum præda
domum redit. Anno domini 1280.

Thomka Episcopus Plocen moritur, Cuius in locum Bo-
leslaus suffectus. Anno Eodem.

Novo quodam genere mortis Papa Nicolaus Tertius
demigrat è vita. Anno Eodem.

Brevi tempore quatuor Pruthenorum Magri mortui, quin-
tus Conradus de Vrchleuange eorum in loco sedit,
Anno Eodem.

Henricus probus Wratislavien Dux captivitate sua

K.

ulturus sub specie Consilij Posnamien. Glogouien et Legnicen Duces captiuat. Lestko autem miser fratris Primislai Ducis Posnamien Captiuitatem dolens, omnem Wratislauien Terram populatur, Tandem accepto Wielunen districtu a Duce Posnamiensi et alijs depactatis illos dimittit. Anno 1281.

Exercitus Ruthenorum Masouiam ingressus à Boleslao Duce funditur. Anno Eodem.

Wladislaus Vngariae Rex dum relegata Vxore Comanas Paganas in Concubinas accepit, moribus earum se accommodans, A quibus dum per Nuncium Papae non posset retrahi per suos capitur. Et expulsis Concubinis cum sua Vxore in Wissegrad clauditur. Anno Eodem.

Pragen Ecclesia maior a Marchione Tutore Bohemiae

nullo obstante omnibus bonis exuitur. Anno 1281.
Pruthem in Terra Chelmen quinq; Castra conqui-
runt. Anno Eodem.
Lithuani cum Iacsuingis Lublmen Terram per quin-
decem dies vastant, Et cum onusti preda redirent
Leslio niger per Angelum hortatus cum parua manu
illos sequitur et profligat, nulloq; ex suis amisso qua-
si omnes cedit. Anno Eodem.
Palatinus et Castellanus et Milites Sandomirien
Conrado Masouiae Duce vocato, illi Terram San-
domirien tradunt, Qui audito Ducatu Lesliomis
Castris et Ciuitatibus relictis ad sua reuersus est,
Et Leslio omnibus reconciliatur. Eodem.
Fames vehementer in Bohemiam, Poloniam, Almaniã
seuit, quam pestis est insecuta. Anno 1282.

Apostolicus Nuncius exclusus ex Ungaria in Poloniam venit, humanissimeque tractatur. Anno 1282.

Lithuanos terram Sandomirien vastan in magna potentia Lesco Dux pomia comitatus manu profligat, et omnem prædam recuperat. Anno 1283.

Monasterium Fratrum Prædicatorum in Opatowiecz erigitur. Anno eodem.

Lucardis Premislai Ducis Maioris Poloniæ, à pedisequis misere interfecta moritur, Cuius sceleris conscium fuisse Ducem fama erat. Anno eod.

— Jacobus Swinka cassata per Papam Electione Volsciborii in Archiepum Gnesnen consecratur. Anno eod.

— Monasterium Sanctimonialium Ordinis Prædicator. Posnaniæ fundatur, atque libertatibus et Villis donatur. Eod.

Albertus Wladislauien̄ Episcopus moritur: Cui Wladislaus Canonicus Wladislauien̄ succedit. Anno domini 1283.

Tres Mscziugij fratres Ordinem Cruciferorū subeunt donatis Ordini sortibus suis, quod per Legatum Papalem insinuatum est. Anno Eodem.

Henricus Dux Wratislauien̄ per proditiom̄ Sandiuogij Capitanej Callisien̄, Castrum Calisien̄ capit et munit, Quod obsidens Praemislaus Dux et frustratus spe ex Concordia recuperat, Castrum in Olobog proprijs impensis aedificaturus. 1284.

Henricus Dux Wratislauien̄, omnes Ciuitates, Castra, et decimas Eccl[es]iae Wratislauien̄ occupat, nec ad restitutiom̄ flecti pot, pro quo scelere castigan Synodus Lancitiae indicta est. Anno Eodem.

Burchardus in Cruciferorum Mgrm electus breui cedit
Mamer tandem eligitur. Anno domini 1284.
Synodo celebrata Archiepus Snomlia Ducem et eius
dominia Ecclesiam interdicto subycit, quod fres
minores non obseruabant Wratislauien. A quo
Dux per Archiepum absolutus est, nulla satisfactioe
praemissa Episcopo Wratislauien. eiusq Ecclesiae.
Anno domini 1285.
Episcopus Cracouien Paulus, et Palatini Cracouien
et Sandomirien vocato Conrado Masoe Duce, illi
omnia Castra et Ciuitates Cracouien et Sandomi,
rien Terrarum dant et Obedientiam iurat: Lestio
Dux sola Arce Cracouien gaudens illam Ciuibus
Cracouien Alemanis commendat, et ad Rege Un,
gariae pro auxilio currit: Alemani dum Arce nullo

facto dare vellent, Ciuitas crematur et venienti Leslio, ni cum pauco Exercitu occurrens Conradus profliga, tur et Masouiam petit, Leslio Dux percit suis, Et Ciues Germanos multis dotat libertatibus, habitu et mores euis imbuens, Et constituit ne Cracouiæ quis habitet præter Almanos. Anno 1285.

Duces Masouiæ et Russiæ Ducatus suos vicissim postulantur. Anno Eodem.

Præmijslaus Dux in Vxorem Sueciæ Regis filiam ducit; Anno Eodem.

Pruthenos vermes molestant, Vngaros Tartari cæ, dunt. Anno Eodem.

Papa Martinius quartus moritur, Honorius conse, cratur. Anno Eodem.

Conradus Dux Masouiæ Lithuanos et Ruthenos pro conquiren Castro Gostinin inducit, Qui captu Ca-strum illi dedunt, Et mox Castra eius Sochaczow et Ploczko male munita capiunt et comburrunt. An-no domini 1 2 8 6.

Wladislaus Lokietek Dux Cuiauien Castri Gosti-nin amissionem dolens, Plocen Castrum capit, nec pri-us dimittit, donec Gostinin reddito, et solutis im-pensis. Anno Eodem.

Bohemiæ Dux cum Rudolpho primogenito Roma-norum Regis affinitatem ineunt. Anno Eod.

Milites Maioris Poloniæ Castrum Olibog inscio Duce capiunt. Anno dni 1 2 8 7.

Lesko Dux Cracouien dum erga Lithuanos cruci-atam à Pontifice obtinuisset, oes gentes ad vastan

Masouiam conuertit, Vltione postea diuina casti-
gatus. Anno domini 1287.

Obsidente Henrico Ciuitatem Rathyborien. prope
Thomam Episcopum Wratislauien. et Clerum eius
dum Epus ipse obuiam exiret Pontificalibus in-
ductus Dux ipse ei obuiam, tactus quod numine
exit et reconciliatur ej ac venia petita omnia
restituit, et pro damnis satisfacit. Eodem.

Tartari totam Poloniam usq; ad Carpatos montes
vastarunt Lesticone cum vxore in Vngariam fu-
giente, tantamq; Praedam abduxerunt, quod puel-
larum virginum XXII Millia capta sint. An-
no Eodem.

Lestko Dux mittit Palatinum Syradien. Mathae-
um ad vastan. Terram Masoe, quem redeuntem

cum spolijs ex improuiso Conradus aggressus fudit et
interficit omni præda recuperata. Anno 1288.

Tartari aquas in Russia Cordibus mortuorum Chri-
stianorum venenarunt. Anno eod.

– Monasterium Bischouien in Coronouo transfertur.
Anno Eodem.

Lesko niger moritur. Cui Boleslaus Masou Dux per
Electionem succedit. Sed Ciues Cracouien vocan
Henricum Wratislauien Ducem illi Cracouiam
tradunt. Boleslaus fugiens Masouiam efficit, ut
cætera in potestatem Henrici venirent, Qui com-
posito statu Wratislauiam rediit. Anno 1289.

Dux Opolien Casimirus subijcit se Regno Bohemiæ
perpetuo. Anno eod.

– Monasterium Prædicator in Sczow a Msciugio fudati. eod.

Wladislaus Loktek Lesconis germanus iratus quod non successerit fratri cum Exercitu Cracouiam venit, illamque occupat profligato Henrici Exercitu, Qui infra paucos dies secretè mittit Cracouiam Exercitum, Cui porta per Ciues aperta Arcem et Ciuitatem recuperat, Et Wladislaus in habitu Monachorum fugit. Anno domini 1290.

Henricus Wratislauien Dux moritur, Et Wratislauien Ducatum Conrado Glogouien, Cracouiensem aut et Sandomirien Pramyslao Maiors Poloniae Duci legat, sed Wratislauienses Henricum Legnicensem, Cracouien Pramyslaum, Et Sandomirien Wladislaum vocat. Anno eod.

Wladislaus Vngariae Rex Andreae fratris con-

spirationes timens illum necare cogitabat, Qui fu-
giens Poloniam fuenit ad Materteram Cunegundim
Qui Curiam in Hroberz habitam, á Proditoribus Vn-
gariae per Regem missis in fluuio Vida submergitur
Quem Beata Cunegundis Orombus viuum cogno-
scens, iterum quiescere iussit miraculosè. Anno
domini 1 2 9 0.
Griffina relicta Leskonis nigri Terras Cracouien et
Sandomirien sibi á Marito inscriptas dictas per
Nuncios Wladislao Bohemiae Duci donat, Qui
misso Exercitu Cracouiam et multas alias Ciui-
tates capit, Sed Wladislaus Loktek Exercitu
collecto iterum multa recuperat Bohemis certa-
re timentibus. Anno domini 1 2 9 1.
Wladislaus Vngariae Rex á Comanis Militibus

interficitur. Cui Andreas Venetus succedit. Anno domini 1291.

Conradus Glogovien. dux cum Boleslao Svidnicen. duce contra Henricum Wratislavien. coniurat, Qui horum ignarus eundem in auxilium vocat, duas illi civitates donans, quia Germanus eius erat. Anno eodem.

Lithuanorum Regio à Pruthenis vastatur, aliquot districtus acquiruntur. Contra, à Lithuanis Cuiavien. terra populatur. Anno eodem.

Wladislaus Bohemiae dux cum multo exercitu contra Wladislaum Loktek veniens Syradia accipit, Castro relicto Wladislao, à quo clandestinis irruptionibus vexatus Bohemiam rediit. Anno domini 1292.

Beata Cunegundis Ducissa Cracouien̄ in Sządecz moritur maximæ sanctitatis mulier. 1292.

Recusanti Boleslao Duci Suidnicen̄ opem ferre Henricus Dux Wratislauien̄ tres itē Ciuitates donat. Et illum vt prius circumām astrinxit. Eodem.

Paulus Episcopus Cracouien̄ moritur. Sedes vacat biennio. Succedit Procopius. Anno Eodem.

Nicolaus Papa Quartus moritur. Sedes vacat biennio. Terræ motus in Italia. Eodem.

Meinhardus Prussiæ Mgr conjuratione domestica impediente, a populatione Lithuæ desciscitur. Anno Eodem.

Conradus Glogouien̄ Dux, quia nō poterat potentia per proditionem nititur, subordinatq; Ludkonē

de armis Habdank, Henrico Duci charissimum ut Du-
cem capiat, qui illum in balneo cepit ac Duci Con-
rado presentauit, á quo crudelissime carceratus, mul-
tas terras et peccunias dare coactus est. Anno
domini 1293.

Duces Cracouien et Cuiauien de principatibus con-
tendunt interim Tartari ad Sandomiriam usque
grassantur impune. Anno eodem.

Almgede Castrum Lithuanie capitur á Conrado,
Prussia quoque per Lithuanie Ducem populatur. An-
no eodem.

Lithuani Lancicien Ciuitatem et Ecclesiam diripiunt,
Et dum cum praeda multa redirent, Casimirus Dux
Lancicien illos sequitur, à quibus in dimicando
occiditur, Et Wladislaus Lokietek Ducatui succedit. 1294.

Masouiæ Dux Conradus fato absumitur. Anno do-
mini 1294.
Iudæis signum salutis suæ apparet eo tempore, quod
à Rabis eorum erat assignat admirandum. An-
no eodem.
Dux Pomeraniæ Mscziugius moritur, Succedit Præ-
mijslaus Maioris Poloniæ Dux. Anno eodem.
Præmijslaus Dux Posnanien post Interregnum Rex
primus om̄ consensu eligr, et Gnesnæ Coronatur.
Anno domini 1295.
Præmijslaus Ratibborien Dux cosolatus à Duce
Stanislao, tandem moritur. Anno eod.
Dum Præmijslaus Rex magnas molitur machina-
tiones, Brandeburgen eius potentiam veriti, in ne-
cem eius conspirant. Anno eodem.

Procopius

Procopius Cracouien Epus moritur. Succedit Joannes Muschata Arcium Magister. Anno domini 1294.

Premyslaus Rex Poloniae Sigillum Regale confici et insignijs ornari iubet. Anno Eodem.

Premyslaus Polonorum Rex in Rogozno á Marchionibus Brandeburgen accedentibus domesticis de domo Zaręby et Nalencz misere interficitur. Anni domini 1296.

Marchiones Brandeburgen Praeposituram Santhocen Episcopatus Posnanien abstrahunt, Et Capitulo Soldinen applicant. Anno Eodem.

Wladislaus Lokietek Dux Cuiauiae eligr in Regem Anno Eodem.

Cruciferi Prussiae Ecclam Culmen á Jurisdictioe Gnesnen

L.

Archiepiscopi abstrahunt, Rigensi adijcientes, Causa haec Praeposito et Scholastico Wladislauien posnanien committitur. Anno domini 1296.

Lokietek accepta multorum Terrarum possessione, non ascripsit se Regem sed haeredem Regni cum iactura Reipub. Anno eodem.

Plocen Episcopus Goslaus moritur, Cui succedit Joannes albus. Anno eodem.

Ecclesia cum Praeposito et tribus Canonicis in Glussijno fundatur. Anno eodem.

Henricus Wratislauien Dux commisso iure tutorio Boleslao Suidnicen Duci, Castro illi Sobota resignato moritur. Anno eodem.

Inuasit Lokietek Duces Silesiae et populauit. 1297.

Boleslaus Suidnicen: Dux Conrado Glogouien: bellum indicit, Quod vt sopiret Cruciadus duo Oppida illi restituit, circa quæ duo Castra erigit, aliasq; Ciuitates muro cingit. Anno domini 1297.

Bruno Mgr Liuoniæ Lithuanos profligat: Meinier Prussiæ Mgr moritur, Lithuani in pugna redeunt cū Liuonis, Bruno in conflictu cadit, Nouum Molendinum á Rigen: obsidetur: Hi á Gothfrido cæduntur. Anno Eodem.

Wenceslaus Bohemiæ Dux cum coniuge in Regem coronatur, post tridiuum Coniux Iutha moritur. Eod:

Albertus Austriæ Dux in Adolphum Romanor: Regē insurgit, eundemq; profligat, occidit, et in locū eius succedit. Anno Eodem.

Lithuani die Pentecosten Chelmen Terram lacerat, Conrado tum Comendatore profligat. Anno 1 2 9 7.

Aspirans Henricus Dux Pomeraniae ad Regnum promittit perpetuo Cancellariatum Regni Episcopo Posnaniensi. Anno Eodem.

Monasterium in Radziejowo fundatur. Anno Eod.

Conradus Glogovien Dux Diaconus veneno extinctus relictis duobus filijs et tribus filiabus Glogoviae moritur. Anno domini 1 2 9 8.

Dum Loktek multis iniurijs Ecclesiam et Clerum Posnanien afficeret, Epus Andreas omnem Dioecesim Ecclesiastico supponit interdicto, Cui reconciliatus Loktek damna oia reficit. Eodem.

Wladislaus Loktek dum in initio Regni, mala

cle se spem omnibus daret, alienatur a Regimine. Et
Venceslaus Rex Bohemiae in Regem eligitur, et Coro-
natur de consensu omnium. Anno dni 1300.
Venceslaus Rex filiam Przemyslai ducit in vxorē
et Loktiek fruiat omni Regni parte. Eodem
Occupato Venceslao bellis intestinis Rutheni ma-
gnam incursiom in Poloniam faciunt et libere grassan-
tur. Loktiek nullibi satis tutus Rhomam vadit et
Venceslaus cum uxore ad Bohemiā redit. Eodem.
Henricus Mgr Cruciferorum fit, hoc breui mortuo Con-
radus succedit: Lithuani caeduntur. Eodem.
Venceslao in Bohemia agente per Bohemos et Mora-
uos Polonia iuste gubernabatur. Eodem Venceslai
Filius in Regem Vngariae eligr et Coronatur. 1301.

Boleslaus Dux Suidnicen tres filios relinquens efflat a-
nimam. Anno domini 1301.

Henricus Wratislavien Episcopus fato absumptus: Suc-
cedit Henricus de Verbna, Cui et Tutoria Boleslai
Ducis filiorum committitur. Anno Eodem.

Terras Dobrzynen et Culmen Lithuani populantur
ad extremum tandem à Cruciferis fusi. Eodem.

Poloni Terram Castrumq; Lublinen diu per Ruthe-
nos possessum, fusis Ruthenis, Lithuanis et Tartaris
auxiliaribus recuperant. Anno domini 1302.

Lokietek timens potentiam Venceslai ad Amadeum
Palatinum Ungariae fugit, vota vovens Deo et Sancto
Stanislao se commendans. Anno domini 1303.

Wladislaus Reginam Consortem suā Coronat: Et

Conradus Dux Stynawien electus in Archiepum ex Prae-
posito Wratislavien, Cum Viennae audisset illic non
esse cervisiam, relicto illo redit ad Patriam. Anno
domini 1303.
Philipus Francorum Rex Bonifacium Papam captivat,
clusus captivitate moritur: Succedit Benedictus Un-
decimus. Anno Eodem.
Dux Rex in Lithuaniam Expeditio a Ruthenis facta.
Anno Eodem.
Occupato Venceslao circa bellum Ungaricum Lokie-
tek nacta opportunitate cum gentibus Poloniam in-
gressus aliquot Castra et Civitates occupat. An-
no domini 1304.
Seditione exagitatus Bohemiae Rex filium suum
quem Ungari in Regem acceperat revocat, Cuius in

locum Ottonem Bauariæ Ducem susceptum Coronant.
Hic deinde captiuatus exulat. Anno 1304.
Leszko Michalouien Dux refragantibus Fribus suis
Terram Michalouien facto legis commissoriæ obli,
gat, Respectiua à Fribus Lesconis negatur. Eod
Obligatio Terræ Michalouien Magro Prussiæ. Eod
Papa Benedictus Vndecimus moritur, Vacante Sede
Mensibus decem eligitur Burdegalen Archiepus, Coro,
natur cum tristi quodam Omine. Eod.
- Jacobus Swinka Gnesnen Archiepus moritur, Suc,
cedit Borzyslaus, Qui Confirmationis gra in Itali,
am solus erat profectus. Anno Eod
Lanticien Terram Lithuam vastant, cumque cum
præda redeunt, à Duce Casimiro mixcuti prædam

omnem amittunt, victoriaq; Polonis, duce tamē amis-
so cessit. Anno domini 1304.

Wenceslaus Rex post populatam Bohemiam et Mora-
uiam per Albertum Regem Romanorum et filium eius,
Pragæ moritur. Anno domini 1305.

Wenceslaus secundus Patri in Regno Bohemiæ succe-
dit, et Poloni Bohemis expulsis ad Loktkonem maiori
in parte deffitiunt, Qui mox Cracouien et Sando-
mirien terras occupat. Anno eodem.

Philippum de Balanth ex Lithuania cum præda re-
uertentem Lithuani inuadunt, duce occiso, à re-
liquijs Philippi Lithuani cæduntur. eodem.

Wenceslaus sentiens Poloniam occupari per Loktkoni
Exercitum congregat, cū quo versus Poloniam vadit

etiam Olomuncz per quendam interficitur. Cui in Bohe-
mia successit Rudolphus Dux Austriae. 1306.

Post assumptum Loktiekh dominum Maioris Poloniae in
Regem Poloniae, ei infesti è diverso Henricum Ducem
Glogoviae in Dominum accipiunt, quorum neuter Coro-
nationem assequitur. Anno Eodem.

Durante Regni scisione Lithuani per Poloniam Maio-
rem grassantur, Tunc Castrum Cracovien cum Ec-
clesia Cathedrali et magna parte Civitatis combu-
stum est. Anno Eodem.

Monasterium Luben et domus Pesovien libertatib9
amplioribus donantur. Anno Eodem.

Dux Bavariae Otto contra Carolum Marcellum in Re-
gem Ungariae Electus Coronatur, Qui castivitatem
effugiens Regno cedit, Carolus potitur. Eodem.

Archiepus Gnesnen moritur in Curia Avinionen ubi Papa alteri providet de Archiepatu, et ille rediens habuit pacificam possessionem. Anno dni 1306.

Ex Gallijs omnes Judaej expulsi bona eorum confiscata. Anno eodem.

Petrus Swancza Cancellarius Pomeraniae vocat Marchiones Brandeburgen ad occupandam Pomeraniam, quae castrum accepti fratribus obsidibus, Loktekeli dimittit Qui aufugien iterum revocant Marchiones vn Mgr Prussiae vocatus in auxilium Regis Loktekeli, repulso Exercitu hostili, incepit suo Ordini usurpare Pomeraniam. Anno domini 1307.

Theodoricus de Aldemberg Expeditionem duplicem vno anno in Lithuanos agit, Dux Lithuanorum occiditur, duo Castra noua eriguntur. Anno Eod

Lithuani Terras Syradien et Lancicien populantur.
Anno domini 1307.
Rudolphus Bohemiae Rex efflat animam, Cui suc-
cedit Henricus Dux Stiriae, qui aliquot Barones
Regni obtruncat et Regem suam captiuat. An-
no eodem.
Bogussa Iudex Pomaraniae per Magrm Prussiae ex
Castro Gdansk eijcitur, illudque per Cruciferos occu-
patum. Anno domini 1308.
Lithuani Prussiam vastant, redeuntes domum Prussiae
Marschalcus consecutus ferro vicit, praedamque relin-
quere coegit. Anno eod.
Elisabeth Venceslai Bohemiae Regis filia, quam Hen-
ricus Rex Bohemiae captiuauerat, captiuitate soluta
ad Nemburgum confugit. Anno eodem.

Dux Austriæ Albertus Romanorum Rex à Nepote suo necatus in cuius locum eligitur Henricus Comes de Lucemburg. Anno domini 1308.

Dux Loktielli super expulsione Boguschæ cum Mgro Prussiæ conuenit in Villa Kraliowicze, Qui impensas in Castro Gedanen factas ad Cent Millia Marc æstimans, negatis tamen à Loktielli, infectis rebus discedunt. Anno eod.

Nuncios Papa ad Regem Russiæ pro abnegan suo sci:smate mittit. Eod.

Magister Prussiæ capto Castro Gdanski, Ciuitatem per proditionem accipit, et omnes Polonos necat, nec æta: ti nec sexui parcendo. Anno 1309.

Ad Mgrm Prussiæ obsidentem Castrum Scwow, Casimirus Dux supplex venit, orans vt solueret Ob:

ridionem, et vix obtinuit, vt ipse cum suis Castro ei relicto saluus euaderet, ad Castrum Sroiecie Przemij, slai fratris. Anno domini 1309.

Ille obsidet Castrum Sroiecie, quod expugnare non valens, per proditionem saluis Ducibus ac Militibus accepit. Anno domini 1310.

Dobrogostius de Szamotuly Pomuskium Biberstheim cum Exercitu Henrici Ducis Maioris Poloniae profligat. Anno Eodem.

Nascitur Loliethoni filius Casimirus insignis et magnus. Anno Eodem.

Post mortem Henrici Ducis, Polonia Maior ex deditione Loliethi cessit, et Przemeli Ciuis Posnamien. Ciuitatem et Ecclam Posnamien. filijs Henrici tradit, vbi multa caedes committitur. Eod.

In Italia et Sarmacia tota, inundatio atq; fames ma;
xima. Anno domini 1310.

Wladislaus Wratislauien. Henrico Glogouiensi,
(quem supra mortuum diximus) bellum infert, bo;
na mortui Henrici, inter filios suos quor partiuntur.
Anno eodem.

Conuenit Mgr cum Loktka super Terris Pomarania
Magister petit donari vel vendi, Wladislaus petit
restitui, sic re infecta discedunt. Anno 1311.

Quaerens Mgr aliquid iuris ad Terras Pomaraniae,
illas á Waldemaro Marchione Brandeburgen emit,
Cuius venditionis literarum tenor inseritur. Eod

Quomodo Bohemi expulso Rege Henrico Joannem
Ducem Lucemburgen in Regem acciperunt, Qui do;
mus viginti sex annis regnauit in Bohemia. Eod

Lithuani Prussiam duplici, Prutheni atque Cruciferi triplici Expeditione Lithuaniam vastant. Anno domini 1311.

Ad iniurias Cruciferorum scelera quibus sese vehementer inquinauerat Papa quintus Legatos designat per litteras, quorum exemplar est adiunctum. Anno eodem.

Albertus Aduocatus Cracouien cum Ciuibus, vocat ducem Oppolien Cracouiam, et Ciuitatem illi dat. Qui per Wladislaum motibus recedit cum Aduocato, Et Wladislaus bona Aduocatiae confiscat. Anno domini 1312.

Ordo Templariorum in Concilio Generali abolitur, et Magister eorundem cum aliquot fratribus publice crematur. Anno eodem.

Cedente.

Cedente ex Officio Henrico Prussiæ Magistro succedit Carolus hic Castrum Cristmemel ædificat, Tres quoque expeditiones eo anno in Lithuaniam actæ. Anno domini 1312.

Castigatis Ciuibus Solidoteli multitudini pepercit, Sed deinde Ciuibus facultatem eligendi Consules ademit, Et Palatino Cracouiensi dedit, Et Monasterio Miechouiensi Villam Lethowiose accipit. Anno domini 1313.

Septimus Romanorum Rex Romæ coronatur Henricus, Florentiam obsidione dum cingeret, in Sacramento Eucharistiæ venenatus interijt, Cuius quoque filius a Bohemis Regno pulsus. Anno Eodem

Clemens Papa huius nominis quintus moritur, Sedes vacat annis duobus. Anno Eodem.

M.

Magister Prussiae prohibet dari decimas manipulares
sed per duos scotos de laneo, Ipse autem et Ordo
appellationibus inhaeren nihil soluit. 1314.

Per discordes Electorum sententias duo Reges Romanorum
eliguntur, et vterque Coronatur, alter tamen capto
altero, totius Regni potitur imperio. Anno eodem.

Duo Cometes, tres Lunae in Caelo apparuerunt. Anno domini 1315.

Fames atrox Poloniae Regiones inuadit. Eodem

Henrici quinti Wratislauien Ducis filij, Paternos Ducatus inter se partiuntur. Anno eodem

Samogitae et Lithuani Prussiam populantur, Prussiae quoque Magister Lithuaniam vastat. Eodem.

— Wladislaus Dux Ducatum Wladislauien ad Roma-

num Pontificem Ioannem XXII mittit, petens Coronam Regiam. Anno domini 1316.

Papa Ioannes XXII elig. Antipapa quoq; per Ludouicum Romanorum Regem constituitur. Eod.

In Prussiam triplex Expeditio cum non parua eius, dem et iactura et vastatione. Anno Eodem.

Magister Prussiæ intellecta missa legatione ad Se, dem Apostolicam, mittit et ipse alium, et Ioannem Bohemiæ Regem hortatur, vt et ipse tanquam verus Bohemiæ hæres impediat negotium. 1317.

Vltimus Electionem suam ex Regno Bohemico Ioannes Comes de Lucemburg Bohemiam inuadit, a Guil, helmo tandem sibi occurrente profligatus eijcitur. Anno Eodem.

Maria et Beatrix Consortes Caroli Vngariae Regis mo-
riuntur. Anno domini 1317.

Wladislaus Legnicen. Dux recuperaturus Ducatum
suum á fre, quem eidem in triginta Millibus Mar-
carum obligarat Expeditionem parat, victus tamen
á fratre mente captus erat. Anno 1318.

Mgr Prussiae Procuratorem Epi Wladislauien. ca-
ptiuat, quem Tricentis Marcis acceptis captiuita-
te soluit. Anno Eodem.

Efflauit animam Ioannes Plocen. Episcopus in cu-
ius Cathedram conscendit Florianus, Electio-
ne Capituli substitutus. Anno Eodem.

Solutio denarij Sancti Petri pro lampadibus per
Casimirum primum Regem Poloniae Romanae Ec-
clesiae et eius Pontifici repromissa. Eod.

Pontifex propter obiecta Ioannis Bohemiae Regis
nolens promouere Wladislaum in Regem literas
scribit satis honestas. Anno domini 1319.

Ioannes Comes Lucemburgen. qui Bohemico Regno
pulsus erat, dolis illud recuperat, Polo aut. in
Baronum necem aspirans, per Consortem eius Baro-
nes admoniti necem euadunt. Anno Eodem.

Mortuo Henrico Episcopo Wratislauien. discordia
Capituli duo sunt electi, qui fere septem annis in
Curia Romana litigant. Anno Eodem.

Boleslaus Legnicen. Dux Conrado Olesnicen. iniu
riam patris ulturus bellum infert, atque eo redacto
ad extremam egestatem omnium potitur. Anno
Eodem.

Poloni non expectato alio Decreto Apl.ico, Wladislau

Regem, Cracouiæ Coronant, fortatis tunc primu̅ ex Gnesna, Corona et Regalibus Cracouiam. Anno domini 1320.

– Joannes Muschata Ep̅us Cracouien̅ functus vita, Succedit Naukerus, qui Ecclesiam Cathedralem Cracouien̅, demolita veteri nouam ampliorem ædificat. Anno Eodem.

Præsentat Rex Commissionem Iudicibus Ap̅licis Et Mgr̅m cum Ordine procurat citari, Et ad causam mittit Procuratores, ipseq; iusticiæ intentus est. Anno Eodem.

Henricus de Ploczko Expeditione in Lithuaniam facta, districtum Mielnicen̅ lacerat, in redeundo per insidias à Lithuanis captus, atq; ad vnum cæsus. Anno Eodem.

In causa Pruthenica postquam a friuolo grauamine per Procuratorem Mgri fuit appellatum, Iudices in Iunowladislauien Ciuitate per Edictum proce, dunt. Anno domini 1320.

Ungariae Rex petit connubium Elisabeth Polo, niae Regis filiae, quo impetrato suscipit ex ea qnq; filios. Anno eodem.

Domaratus Posnanien Epus moritur, Succedit Ioannes Doliwa. Anno eodem.

Boleslaus Bregen et Legnicen Dux ambiens Du, catum fratris sui Wratislauien, in Consiliarios suos saeuit. Anno eodem.

Obseruatis omnibus terminis Iudices tulerunt con Mgrum et Ordinem sntiam, super restitutione Terrae

Pomeranie, Quos appellan et rei iudicate parere no-
lentes excommunicant et interdicunt, Cuius Com-
missionis et Sententiae tenor hic inseritur. 1321.
Mgr Prussiae totusque Ordo censuris Ecclesiasticis subij-
citur, adiecto interdicto. Anno Eodem.
Lithuani spoliant Terram Dobrzynen et Castrum
conquirunt. Anno Eodem.
Joannes Rex Bohemiae ambiens Ducatum Wra-
tislavien Boleslaum frem Ducis Henrici ad infe-
rendum illi bellum adiuvat; Henricus non potens
se defendere, Regi Poloniae inscribit Ducatum, quē
postea pacificatum eidem Rex restituit, Et idem
astu Joannis Regis seductus denuo inscribit Duca-
tum Regi Bohemiae, et sic Wratislavia perpetuo de-
fecit à Regno Poloniae. Anno 1322.

Boleslaus Bregen et Legnicen Dux a Joanne Bohe-
miae Rege Ducatum Wratislauien repetit, dolo
tandem malo in ditionem suam Rex eundem re-
degit. Anno domini 1322.

Christianorum vna Expeditio in Lithuaniam plus
incommodi quam commodi attulit, nam quadrup-
lex eorundem in Christianos inuasio, non sine maxima
cade subsequuta est. Anno Eodem.

Lithuani Prussiam praesertim Terram Dobrijnen
inuadunt et spoliant, vt dum domum redirent, ma-
xima pars spoliorum erepta est illis. 1323.

Wladislauien Episcopus Gerrardus in Curia Ro-
mana moritur, Cuius in locum per Papam datus
est Mathias Palulia. Eod

Ludouicus Romanorum Rex victo Austriae Duce

Romam venit, Papa altero Electo in Imperatorem Coronatur: In Almania tandem turpiter moritur. Anno domini 1 3 2 3.

Wladislaus dux Dobrzynen incursionibus Lithuanorum et Pruthenorum non potens resistere, Terra Dobrzynen Regi Poloniae perpetuo donat. 1 3 2 4.

Wladislaus Rex propter Lithuanorum potentiã filiam Gedumnij eorum ducis filio suo desponsat et pro dote omnium captiuorum obtinet restitutionem Regnum denuo florere cepit. Anno 1 3 2 5.

Dux Masouiae assistens Pruthenis Ploczska priuatur. Anno eodem.

Wladislaus memor iniuriarum quas Regno Poloniae Marchiones Brandeburgen intulerant, eam Marchiam depopulatur et vastat, cum maxima tand

Praeda triumphator rediit. Anno domini 1326.
Epus Cracouien sponte ad Wratislauien Ecclam postulatus accedit, Et de Cracouien Sede Pontifex Joanni Grottonis eo inscio prouidet. Eodem.
Omnes Duces Silesiae praeter Suidnicen agreferen Wladislaum se Poloniae Regem scribere, in qua et ipsi erant, ab eo deficiunt, Et se Regno Bohemiae subdunt, ac Omagium Regi Joanni praestant, mutant etiam armorum insignia. Anno 1327.
Wanko Dux Masouiae cum Pruthenis Poloniam vastat. Anno Eodem.
Lithuani Saxoniam depopulantur. Eodem.
Spernen Censuras Ecclasticas Aplicas Cruciferos, Wladislaus magna potentia aggressus fudit, simul cum Duce Masouiae Wankone, oemqz Prussiam

igne et ferro vastans victor redit. Anno 1328.

Joannes Rex Bohemiae veniens in auxilium Cruci-
ferorum, Castrum et Terram Dobrzynen. dominii Wla-
dislauiam occupat Ecclesia ibi combusta. Tandem
sub suam ditionem Ducem Masouiae redegit, et
scribens se Poloniae Regem, Terram Pomeraniae Cru-
ciferis donat pecunia corruptus. Anno 1329.

Joannes Bohemiae Rex donat Terram Pomeraniae
Cruciferis. Anno Eodem.

Vernerus Magister Prussiae Naklet et Raciasz cum
multis hominibus capit, et Terram omnem Wla-
dislao populatur, passim omnes caedendo. Et Machi-
as Episcopus Wladislauien. Episcopatui suo pace fa-
cere volens cum Magistro conuenit ut deinceps non
soluat decimas manipulares in Pomerania, sed

de lanceo grossos sex. Anno domini 1330.

Magro reuerso in Prussiam Wladislaus Rex cum magno Ungarorum et Lithuanorum auxilio oem fere Prussiam spoliatur, Et Magr videns se inferio, rem promissa terra Dobrzynen restitutioe ad om, num foedus sperauit, Et de Pomerania in Carolum Ungariae et Joannem Bohemiae Reges compromittut.

Anno Eodem.

Carolus Rex Ungariae, et Elisabeth Regina, et quo, dam Nobili Feliciano, qui vtrumq et filios pro, pter prostitutam filiam Casimiro Poloniae Regis fi, lio interficere voluit, in manibus vulneratur.

Anno Eodem

Carolus Rex Ungariae dum sine causa Walachu inuadit, ac conditiones aequas oblat ab eo sperneret,

per ipsum funditus profligatur, ita quod vix ipse cum paucis in Wischograd aufugeret. 1330.

Fratres Sanctae Mariae de nigra Cruce, Ciuitatem Rigen inuadunt et occupant. Anno Eodem.

Vernerus Mgr Prussiae necatur, Succedit Lutherus in Mgrm. Anno Eod.

Antipapa qui à Ludouico Imperatore erat constitutus captiuatur, et in carcere moritur. Eod.

Wladislaus Rex per Orathores petit à Pontifice Crucem et peccunias con Infideles, Cui Papa dat Iubileum unde multos Thesauros acquisiuit. Anno Eodem.

Senex iam Wladislaus Rex, nec videns Ruthenos satis fecisse Concordiae Treugarum, filium Casimirum Maiori Poloniae praefecit, accepto Vincetio

de Schamotuly Castellanatu, Qui indignatus ad Ma-
gistrum fugiens cum suis Exercitu usque ad Pyzdry
omnia combussit, Et cum victoria ad Thorun re-
dijt. Anno domini 1 3 3 1.

Congregato ingenti Exercitu Vincentius de Szamo-
tuly a Magro Prussiae omnes Terras Lanciciae Sy-
radiae et Poloniae, maxima crudelitate populatur
et incendit, ita ut nunquam in Polonia similis ca-
sus acciderit. Anno Eodem.

Milites et Nobiles Polon facto per septem milia-
ria aggere, illic se tueri parant, et rustici omnes res et
peccora illuc ducunt, Quo cognito Pruteni, tria
Millia Equorum illuc mittunt, qui omnes quasi ad
unum per Polonos occisi sunt. Eodem.

Wladislaus Rex quamuis iam decrepitus, bellum

contra Pruthenos gesturus in Poloniam vadit, ubi
videns se inferiorem viribus, volens congredi, ad Vin-
centium de Szamotuly mittit, illumque ad miserationem
Patriae inducit, Cuius consilio et opere circa Radzie-
iow bis Pruthenorum potentia funditus delet, ubi
supra quadraginta Millia caeduntur, paucis In-
signibus captis. Anno domini 1 3 3 1.

Timens Rex Bohemiae rebus Pruthenicis Posnaniam
obsidet, Quod audiens Wladislaus illuc currit,
Et Rex Bohemiae territus ad Wladislauiam se
recepit. Anno eodem.

Reges Vngariae et Bohemiae volentes componere Polonos
cum Pruthenis conueniunt, Et nolente Rege
Poloniae dimittere Pomeraniam re infecta di-
scedunt. Anno eodem.

Pruthenj

Cruciferi iterum collecto Exercitu Cuiauien et Dobrzynen Terras occupant, Captis Castris Principalioribus et Forti, ficatis. Anno domini 1331.

Wladislaus iniuriam vindicaturus cum magno Exer, citu Terram Culmen depopulatur, A quo Mgr timens inducias ad Fest Trinitatis obtinet, promissa occupa, torum restitutione. Et Wladislaus cum eodem Exer, citu defectionem Ducum Polonia castigat, Quinquagin Castris illis acceptis et Koscien, Vnde rediens Wla, dislaus quieuit. Anno domini 1332.

Vincentius de Szamotuly Paltus Posnanien interfici, tur, poenas proditionis luens. Anno Eodem.

Wladislaus Lokietek commendato Subditis filio suo Casimiro, cum gloria summa Cracouia moritur, et se, pelitur. Anno Eodem.

V.

Casimirus filius Wladislai eligitur in Regem et Coronatur, Cui Paslio de Melsztein datur Gubernator, Et Mater Hedwigis in antiqua Sądecz sedens vitam duxit Monachalem. Anno domini 1333.

Casimirus Rex inducias cum Pruthenis prorogat, et in Regem Bohemiæ ac Ungariæ compromittit, Regnumque a Prædonibus liberat. Anno domini 1334.

Compromissi in Reges Ungariæ ac Bohemiæ die adueniente ubi uterque Rex conuenerat, vadit, Ubi per sententiam adiudicatur Terra Dobrzynen et Cuiauien Regi Casimiro: Et Pomerania Cruciferis. Anno 1335.

— Joannes Doliwa Posnamien Episcopus moritur, Succedit Joannes Lodzia. Anno Eodem.

In Brzeza Monasterium Fratrum Ordinis Minorum fundatur. Anno Eodem.

Magister Prussiæ negat restitutionem Terrarum iuxta concordiam, nisi Baronum literis eadem fuerit con-firmata. Anno domini 1 3 3 6.

Duces Lithuaniæ Masouiam populantur. Eod.

Monasterium Sanctimonialium Rathyboriæ funda-tur et dotatur, tam per Præmyslaum Ducem Raty-borien. quam per Offkam Ducissam Masæ. Eod.

Casimirus celebrato Conuentu Gnali super literis dandis Ordini per Consiliarios, dum nolent Poloni pacem eam suscipere, mittit Epum Cracouien. ad Pontificem pro suffragio con. Cruciferos. Anno domini 1 3 3 7.

Joannes Bohemiæ Rex Castrum Episcopi Wratisla-uien. occupat nomine Mielecz, quem munitum pro

restitutionē nec curantem Episcopus Vratislaviensis cum
Consiliarijs interdicit personaliter, et tandem omnes de
Vratislauia educit Presbiteros, Quae omnia Papa
confirmauit. Anno domini 1337.
Lithuaeni Masouiae partes vastant, insecuti tandem
á Masouitis, omnibus spolijs exuuntur. Eodem.
Benedictus Papa XII, auditis quaerellis Regis Polo:
niae, mittit duos Nuncios Poloniam, qui examinatis
damnis Polonorum, Magistrum et Ordinem excommunicant,
Qui Worschouiae iudicantes, pronuntiauerunt se compe:
tentes Iudices: Parte Magistri appellante. Anno 1338.
Iudices Apostolici ferunt sententiam in fauorem Regis Polon
condemnantes Magistrum et Ordinem in Terris et summis
peccuniarijs. Anno domini 1339.
Sententia lata contra Magistrum Prussiae. Eodem.

Casimirus Rex exns filijs orbus de consilio suorum Lu-
dovicum filium Vngariæ Regis Nepotem suum Succes-
sorem sibi ordinat. Qua in re ipsemet Vngariam petit.
Anno domini 1339.

Transfertur Monasterium fratrum Minor. ex antiqua in
nouam Ciuitatem Calisien per Casimir. Eod.

Anna Regina Poloniæ Consors Casimiri Cracouiæ mori-
tur, fato quoque portentoso. Anno Eodem.

Boleslao Russiæ Gubernatore veneno extincto, Casi-
mirus Rex omnem Terram Russiæ suæ ditionis facit
Leopolien Castro exusto, et alijs demolitis illam Regno
perpetuo vniuit. Anno domini 1340.

Wladislauien Ecclesiæ fundantur initia, quæ successu
temporis consumantur: Lithuani Masouiam bar-
barico more vastant. Anno Eodem.

Heduigis Consors Lokietek, Poloniae quondam Regina moritur. Anno domini 1340.

Casimirus Alcidam Lanthgrauij Hessiae filiam cũ duobus Millibus Sexagenarum Pragen ducit in Vxorem, quam in Zarnowiecz exosam habens seruauit, nec videre voluit. Anno domini 1341.

—Archiepus Gnesnen moritur, Iaroslaus de Skotniki succedit. Anno Eodem.

Inquisitor Haereticae grauitatis sub Saluo Conductu Ioannis Bohemiae Regis ad ipm veniens ex Ordinatione Consulum Wratislauien in Monasterio necatur. Anno Eodem.

Magister Prussiae Theodoricus moritur, Cui succedit Lutherus. Anno Eodem.

Carolus Rex Vngariae moritur, Cui Ludouicus filius

qui et Poloniae Rex futurus erat succedit. Anno Do;
mini 1 3 4 2.

Post reditum novi Episcopi Wratislauien ex Italia, Wra;
tislauien humiliati petentes veniam reconciliantur ei
et absoluuntur, damna tamen compensaturi, Et Ciui;
tas tota comburritur. Anno Eodem.

Depopulatione Prussiae per Lithuanos Lutherus Mgr
turbatus mente capitur, Cuius in locum Henricus Du;
schemer sufficit. Anno Eodem.

Benedictus XII Papa moritur, Succedit Clemens VI
Qui et Ludouicum Regem Romanorum Regno et Im;
perio priuat et nemini vndet. Anno Eod.

Casimirus Rex cum Mgro pacem facit, Pomerania, Chel;
men et Michalouien Terris renuncians perpetuo,
Archiepo et omnibus Epis Regni condicentibus. 1 3 4 3.

Rex Casimirus Ducatum Segonen desopulatur, et Ci-
uitatem cum Territorio Wschouen recuperat, Stetinq;
Duci pacem dat, retenta perpetuo Wschoua. Anno
domini 1343.
Elisabeth relicta Caroli Neapolim atq; Rhoma inui-
sat cum Clemente Pontifice; de Corona Neapolitae
pro filio Andrea obtinen per Nuntios agit. Eod.
Boguslao Stetinen Duci filia Casimiri Regis vnica
Elisabeth copulatur sub certis conditionibus. Anno
Eodem.
Reges Bohemiae et Vngariae Expeditionem in Lithua-
niam agunt, Qui dum cunctanter vastationem exe-
quuntur Lithuae, Lithuani interim Sabien et Luo-
mien Prouincias vastant, populantur, et exurunt. An-
no Eodem.

Exercitus Tartarorum per Ruthenos quosdam vocatus Poloniam depopulatur, Et Casimiro cum Exercitu rip, pas Vislæ moranti, non ausi fluuium transire, cum spo, lijs redeunt. Anno domini 1 3 4 3.

Ex Cathedrali Pragen Ecclesia in Metropoliticã ius, su Joannis Bohemiæ Regis erigitur dignitatem. An, no Eodem.

Joannem Bohemiæ Regem Poloniam cum maximo E, xercitu Rex profligat et in fugam vertit multe captis Nobilibus. Anno domini 1 3 4 5.

Joanna Regina Siciliæ Andream frem et Maritum suffocat. Et in Galliam fugit. Anno Eodem.

Joannes Cæcus Rex Bohemiæ Suidnicen Ducem aggre, ditur, et spe frustratus domum rediens moritur Cui Carolus filius succedens Boleslao Duci Neptem suã

cōsulat, et Ducatum Suidnicen̄ sibi inscribi obtinet.
Anno domini 1 3 4 5.
Voldemarus Marchio Brandeburgen̄, qui viginti no-
uem annis latuit vt mortuus crederetur, rediens
ad se Marchionatum recepit. Anno 1 3 4 6.
Lodsia Pomanien̄ Epūs extinctus, Cui suffecit Al-
bertus Palulia. Anno Eodem.
Franciae Rex ab aliquot Regibus adiutus, plio con-
tendit cum Eduardo Angliae Rege, Victus tandem
Franciae Rex multa Millia Militum ammittit.
Et Ioannes Caecus ibi occiditur. Anno Eodem.
Mgr Prussiae Lithuaniam inuadens eamq; spolians
cum Duce Olgerdo congreditur, Quo victo rediens
domum Monasterium Virginum in Kinisberg fūdat
et erigit, Terraq; Szambien̄ à Lithuanis possidati. Eo-

In ignominiam Ludouici Romanorum Regis Carolus Fili;
us Ioannis Caeci Vngariae Regis in Regem Romano;
rum eligitur et Coronatur. Anno domini 1346.

Casimirus Rex iura et leges dat Polonis scriptas et
iustas primus. Anno domini 1347.

In Ecclesia omnium Sanctorum Monstrantia cum Sanctissi;
missimo Sacramento Eucharistiae furatur, in Bawal
tandem proiecta, cum Processionibus Ecclesiae suae reddi;
tur, ac ibidem Ecclesia Tituli Corporis Christi erigi;
tur. Anno Eodem.

Ioannes Grotkonis Episcopus Cracouien moritur, qui usum
palij pro Episcopo Cracouien a Pontifice obtinuit, et opti;
mus fuit Ecclesiae et Religionis defensor, Cui succe;
dit Petrus Schwrdyli. Eodem.

Necem fratris ulturus Ludouicus Vngariae Rex Siciliam

occupat, et necis authores punit, beneficio tamen Pa=
pae Joanna Regno restituitur Ludowico cedente. An=
no domini 1 3 4 7.

Henricus Duschemer Magr Prussiae extinguitur, Suf=
ficitur Vnrich de Kniprodo, qui Lithuaniam cum
Exercitu inuadit vastat, Cui talionem Lithuani
in populum Prussiae reddunt. Anno 1 3 4 8.

Rex Romanorum Ludouicus moritur, Elig[itu]r non ob=
stante priori Electione in Romanorum Regem Gun=
therus, Quo extincto Carolus imperium quiete pos=
sidet. Anno Eodem.

Casimirus Rex Terras Luboviensem, Brestensem et Chel=
mensem a Lithuanis acquirit et Regno incorporat, Ela=
tus victoria, reliquit Vxorem et multas Concubinas
fouet, De quo per Pontificem monitus, Spiritualibus

infestus Villam Plothen Episcopi Cracouien occupat, super quo per Vicarium Cracouien Eccla ab Episcopo monitus, Vicarium in fluuio iussit suffocari. Anno domini 1349.

Mgr Prussiæ Lithuaniam vastat et passim in omnes debachatur, cum Duce quoque congressus cum profligat. Anno Eodem.

Pestis apud Polonos viget maxima, nec prius finem debachaõnis fecit, quam mortales ad pœnitentiam conuersi iram Dei placarunt. Anno Eodem.

Ecclesia in Clara Tumba per Casimirum Regem consumatur, quæ per Iuonem erat inchoata. Eod

Lithuani Terras Poloniæ vastant, Rege iam ex patrato scelere infortunatissimo facto. 1350.

Ludouicus Vngariae Rex Siciliam vastat, Suasu tn̄ Clementis Papae a debachatione quiescit, Carolus tamen Roberto suo commisso Exercitu eandem populatur. Anno domini 1350.

Carolus Romanorum Rex in Regem Bohemiae Pragae Coronatur. Anno eodem.

Lithuani terras Leopolien, Belsen, Chelmen et Bresten depopulantur, et Castra intercipiunt, Quos postea Rex profligat et Ducem capit. Anno 1351.

Pzonka et Otto Poloni soliti Exercitum Paganorum per latebras tute ducere, Dum Jagelonem Ducem cum Exercitu ad Vadum Vislae noctu traducere vellent, deceptus multa Millia suffocat, et illic pro proditione plectitur Capite. Eod.

Boleslaus Masoviae et Plocen Dux fatis absuptus. Eod.

Ex Vngaria multi mortalium metu pestilentiæ profugi sectam quandam instituunt in Polonia, quæ per Episcopos dissoluitur. Anno domini 1351.

Casimirus Rex Albertum Cancellarium Dobrzynen. ad Clementem Papam pro pœnitentia ab eod. sibi iniungen. mittit, Qui simul obtinuit Wratislauiense Epatum sub Metropolitico Gnesnen. retineri. Et Casimirus per satisfactionis mod. multas erigit Ecclas. Anno domini 1352.

Lithuani maxima damna inferunt Polonis, quæ prohibiturus Casimirus, Plocen. Castrum et Ciuitatem muro cinxit. Anno eod.

Lithuani Prussiam insigniter vastant: Vngariæ Rex Ludouicus filiam Elisabeth Regis Bosnæ ducit in Vxorem. Eodem.

In Polonia circa finem Maij gelu atq; nix valida et immensa decidit, quae tamen fertilem maxime annum effecerunt. Anno domini 1 3 5 2.

Lithuaniae duces in Prussiam debachantur saevire. Anno domini 1 3 5 4.

Masoviae dux Casimirus, filius Troidini ducis Masoviae XXVI Novembris absumptus est, et in Ecclesiam Plocen. ad sepeliendum relatus. Eodem.

Semovitus dux Masoviae negat praestare Omagium Casimiro Regi, a quo dum Plocen. et Rawen. terra privatur, praestare debitum Omagium et iuramentum coactus. Anno domini 1 3 5 5.

Albertus Paluka Posnaniensis Episcopus moritur, Sufficitur Joannes de Domo Doliwa. Eodem.

In Romanorum

In Romanorum Regem Romae per Cardinalem Carolus Bohemiae Rex Coronatur. In Bohemiam tandem reuersus, filium in Regem Bohemiae Coronari satagit. Anno Domini 1355.

Legati ad Ludouicum Vngariae Regem missi, qui obtinent iura et libertates confirmari et addi iuxta Priuilegium. Anno Eodem.

Henricus Mgr Prussiae Mdnilu districtum Lithuaniae vastat. Anno Eodem.

Rex Casimirus cassat appellationes ad Ciuitatem Maideburg in iure Theutonico, Et ius illud transfert ad Castrum Cracouien prout in Priuilegio Anno Domini 1356.

○.

Translatio Iuris Maideburgen ad Castrum Cracoui-ense ex Ordinatione facta. Anno 1356.

Regina Aleida in Zarnowiecz diu fellices multas Casimiri ferens, obtinet à Rege se in Asiam resportari Rege permittente. Is Bohemam quandam ducit in uxorem secreto. Qua repudiata Iudaam pro fel-lice accipit. Cuius causa libertates magnas Iu-daeis concessit. Anno Eodem.

Lithuani fere totam despopulantur Prussiam. Eod

Venceslaus Bregen Dux non contentus sua sorte quae illi in aequa diuisione post Parent morte con-tigerat in Ludouici sortem aspirat, eamq; assecu-tus dolo, nihilominus se ab egestate vindicauit. Anno domini 1357.

Casimirus Poloniæ Rex tertiam ducit vxorem, Glogouiensis ducis vxorem. Anno domini 1357.

Prussiæ Magri a Regibus Chrianis adiutus in Lithuaniam Expeditionem agit, spolijsq; onustus redit. Anno Eodem.

Casimirus Rex Mathiam Borkowicz Palatinum Posnanien propter furta et praedonum conseruationem fame perimit, Fratrem quoq; eiusdem perimit et bona confiscat. Anno Eodem.

Casimirus Rex Monasterium frum Canonicorum Regularium S. Augustini ex Villa Mamlia transfert in Kalisch et dotat. Eodem.

Odium atq; dissensio inter Clerum et Saeculares tum et Clerum inter se ratione decimarum Iudiciorum

Spiritualium, et vacant beneficij fructuum perceptione ab Episcopo exortum iamq; adultum per Casimiru Regem et Archiepum compomitur atq; extinguitur. Anno domini 1358.

Laturus opem Stephano filio Stephani Palatini Valachiae Casimirus cum illo Exercitum mittit qui in sylvis arboribus excisis obruitur per astum Petri Palatini, et Poloni capti et occisi sunt, Undecim Polonorum Vexillis per Walachos conquisitis. Anno domini 1359.

Pestis in tota Polonia maxima fuit. Eodem.

Prussiae Mgr tres Expeditiones sub idem tempus in Lithuanos agit, Tertia Ducem Kiejstuth capit. Anno Eodem.

Exortas discordias inter Nobilitatem Cracovien et Clerum Archieps Gnesnen de Mandato Regis, tam super Decimis quam censuris per viam compromissi Iudex sedat et componit. Anno dni 1361.

Innocentius Papa moritur, succedit Vrbanus quintus. Anno Eodem.

Vniversitas Pragae fundatur dotaturque. Eod.

Casimirus Rex Vniversitatem Casimiriae fundare cepit, quam imperfectam reliquit. Eodem.

Consumuntur igne Wratislavia, ex eaque Iudaei eijciuntur. Anno Eodem.

Prussiae Exercitus dum Russiam populari vult, imbribus prohibitus in Lithuaniam convertitur, Vbi

Ducem Kieistuth capit, Qui captiuitate liberatus Prus-
siam inuadit, iterum captus euadit. 1 3 6 1

Casimirus Rex Leopoli Metropolim erigi obtinet, quam
ipse dotat. Anno eodem.

Populo suo et alieno fame laboranti ex proprio horreo
Casimirus subuenit, multaque aedificia construit gra-
ui precio. Anno domini 1 3 6 2.

Pruthemi Castra multa Lithuanica inter Kocono ca-
piunt. Anno eodem.

Cometes apparet: Anna Consors Romanorum Impera-
toris moritur. Qui aliam superinducit. Eodem.

Oratores Vngariae missi ad Carolum Imperatorem et
Regem Bohemiae, dum ab ipso verba contra honorem Re-
ginae Elisabeth Vngariae audissent, illi diffidant:

Quod Ludouicus Rex audiens congregat ex Polonis et alijs maximum Exercitum con Carolum, Quae Pontifex audiens per Nuntium illos componit, et Carolo filia Ducis Stolpen Casimiri Neptis, et Ludouici Consobrina desponsatur. Anno 1363.

Carolus Imperator, Vngariae, Daciae, et Cipri Reges Cracouiam ad Nuptias veniunt, ibiqz honorati, Praefecto Ceremoniarum Wirzynkone Consule Cracouien, qui et omnes Reges cum Imperatore in domo sua magnifice tractauit et donauit liberalissime post Nuptias ad sua quisqz redit. Anno Eodem.

Pruthem Lithuanos vehementer affligunt. Eod.

Ludouicus Hunnomen et Wenceslaus Legnicen Duces Germani inter se contendunt, quos Carolus

Imperator reducit in gratiam: Ventes laus deinde relic-
tis quatuor filijs, et una filia moritur. 1 3 6 4.
Casimirus Krzepicze fundat, Cuius Parochialem Ec-
clesiam Archiepiscopus Gnesnen dotat aliqua ex parte
inique. Anno Eodem.
— Resignato Episcopatu Woladislauien suo Nepoti Sbi-
gneo Mathias Episcopus Woladislauien, Tandem et
corpus suum Terrae resignauit. Eodem.
Pruthemi Castrum Kowno reparatum per Lithua-
nos disiciunt et alia permulta conquirunt: Dux
quoque Lithuaniae Prussiam clam intrans eam vastat.
Anno Eodem.
Casimirus Dux Gniewkowien Ducatu suo Regi Polon
Casimiro resignato, Monasterium Cistercien ingreditur, Eodem.

Casimirus omnes Prussiæ Terras lustrat, A Cruciferis honorifice excipitur. Anno domini 1364.

Bodzenta Epus Cracouien Cæcus dictus claudit extremum diem, Cuius in locum sufficitur Florianus de Mokrsko. Anno Eodem.

Terna in Lithuanos Expeditio acta est per Mgrm Prussiæ, qui et Castrum et pontem super fluuium Niemien ædificat. Eod.

Bythomien Ciues Plebanum et Prædicatorem interfi-ciunt, á quo tempore argenti et plumbi minera apud eos cessauit. Anno domini 1367.

Prussiæ Mgr per Morschalcum Gnalem Lithuaniam vastat. Eod.

Lithuani Castr. et Offic. Pultnuosko comburunt. 1368.

Boleslaus Suidnicen. dux mortuus, ducatus ad Carolum Imperatorem devolutus, ducatus esse desijt. Anno domini 1368.

Ducatus Stetimen. a gente Janussij Woldelski possulatus et despradatus, at non mipune. Anno eod.

Ludouicus Bregen. dux partem mediam ducatus Bregen. liberaturus aere, quo illam Boleslaus Legnicen. muadiauerat, Opolien. ducibus 2000 Marcarum soluit. Qui in iniuriam id accipien., contra eum arma mouent et vincuntur. Anno 1369.

Mgr Prussiae Castrum in Oris Lithuae aedificat, quod cum Lithuani vi conquirunt, iterum atque iterum Expeditionem in eos egit. Anno eod.

Casimirus ipso die Natiuitatis Beatae Virginis

venatum iuit ibiq; correptus febri, Cracouia adduc-
tus opt[imo] ine, moritur: Cum ingenti om[n]i luctu, mul-
taq; Castra et Ciuitates varijs in Testamento le-
gauit. Anno domini 1370.

De laudibus Vitæ ac morum Casimiri Regis Poloniæ
supra omnes Reges qui in Polonia unquam fuerunt,
et qui ædificauit multa. Anno Eodem.

Hasko de Huchtcricham Miles post mortem Regis
Casimiri, Castrum Santholi capit. Eoq.

Lithuaniæ Dux Kieistuth Volodimirien Castr. sub
Petrusio Thurski Capitaneo capit, et relicto lagueo
Latericium vastat, Tomq populam Regnum lignum
Craci in monte Caluariæ acceptum, dum educere non
posset, remittitur. Anno Eodem.

Ludouicus Rex Vngariae post longam Regni Poloniae recusationem, tandem annuit et Poloniam veniens donationes testamentarias Casimiri Regis fact. praeter Casimiri Ducis Stetinen et filiorum Regis naturalium Niemetcze et Joannis confirmat. Anno domini 1370.

Ludouicus Rex Cracouiae resistentibus dnis Baronibus Maioris Poloniae, Coronatur, Et ibi Duci Oppoliensi multas Ciuitates et Castra donat in feudum. Anno eodem.

Coronatione peracta fuint Exequiae Casimiri Regis pompose cum maximo fletu omnium subditorum, nam ipso extincto Regum Poloniae stirpis extincta est. Anno eodem.

Ludouicus Rex filias Casimiri Annam et Hedwigim

in Vngariam mittit, illicq; non legitimo thoro natus probat, eum propinquitate Regno Poloniae abdicat. Anno domini 1370.

Ludouicus nouus Rex Poloniae Maiorem Poloniam inuisat, inde Cracouiam rediens commisso Regno Elisabeth Reginae seniori in Vngariam abijt. Anno eodem.

Lithuani Prussiam et Pruthenj vicissim Lithuaniam vastant, spoliant et praedantur. Eod.

Elisabeth Vngariae Regina, Regni Poloniae Gubernatrix Preczlao de Goluchowo Capitaneatu Maioris Poloniae amoto, Ottonem de Pilcza Cracouiensem praeficit, Qui ob multas persecutiones illi renuncians Sandiuogium de Szubino habuit succorem. Anno domini 1371.

— Fulmen Posnaniæ quod prodigij loco est imagines scul-
ptas Regis Poloniæ Premysleii et Consortis suæ de-
mollitur. Anno domini 1371.

— Boleslao Plocen. Episcopo mortuo apoplexia: Succe-
dit Styborius de Radzimino. Anno eodem.

— Jaroslaus Archiepus Gnesnen. cæcus factus a Petrasio
filio Cristini Palatini in bonis damnificatus, totũ
Masouiæ Ducatum Ecclastico interdicto suppo-
nit, duasque Villas pro suæ Ecclesiæ damnis acci-
pit. Anno eodem.

— Jaroslaus Archiepus Gnesnen. cæcus factus Nepoti
suo Joanni Suchijwilli Archiepatum resignat.
Anno eodem.

Wladislaus albus Dux Gniewkowien. Regni Po-
loniæ hæres, qui multis annis Regulam S. Benedicti

professus fuit audita morte Casimiri, dum a Ponti-
fice non posset dispensationem obtinere Polonia per
quosdam Milites vocatus veniens, quorum Castra
duobus diebus conquirit. Anno domini 1373.
Russiam Rutheni, Prussiam Lithuani ingressi eas
spolijs ac caedibus complent. Anno eodem
Brigida Sancta Scotiae Regina moritur, de cuius
Canonisatione Romae agitur. Eodem.
Repetens Ludouicus Rex a Polonis Censum siue Po-
radlne, quem cum ipsi Casimirum sibi donasse al-
legarent, obtinuit tamen ab eis ut filiae eius Ma-
ria et Heduigis illi in Regnum succederent, et
demum a censu illos liberauit, duobus tantummodo
grossis pro lanceo et toto Poradlne super bonis Mo-
nachorum relicto. Anno 1374.

– Joannes Posnamien. Episcopus fatis absumptus, Cui Nicolaus de Kurnik sufficitur. Anno 1374.

Wladislaus albus Ducatum suum Gnieukouien. cambiens, Castrum Zlothoria inebriato per suos Capitaneo, capit. Anno domini 1375.

Vlricus de Osthen ferens Wladislao albo opem, Castrum Gnieucouo capit, postea eum Wladislaum deserit. Anno eodem.

Wladislaus albus Castrum Iuniwladislauiense occupaturus, à Iaslone Kmitha Capitaneo Syradiensi profligatur, et Zlothoriam fugiens inde continuas incursiones facit in Poloniae Regionem. Eod.

Heduigis filia Ludouici Regis Vngariae et Poloniae nupsit Vilhelmo Duci Austriae. Anno Eod.

Ludouicus.

Ludouicus Halicien Metropolim et Cathedralem Præmyslien a Gregorio Vndecimo erigi ordinat. Anno domini 1 3 7 5. —

Prussiæ Cruciferi Russiam et Lithuaniam inuadunt Lithuani quoque Prussiam tripartito Exercitu ingressi cædibus complent. Anno Eodem

Crescen vires Woladislai albi Sandinogius Castus curans reprimere in Flothoria illum obsidet, tam diu donec ipse se dedit, et Vngariam ad Ludouicum Regem iuit, a quo pro contentatione decem Millia florm et Abbatiam accepit, ibi non diu moratus ad primum rediens Monasterium ibi vita finiuit. Anno domini 1 3 7 6.

Post mortem Preczlai Posnanien Epi Theodoricus eligi —

P

Qui cum Nuncium ad Papam pro Confirmatione peteret, Confirmatio differtur, Sed Nuntius pro emungenda pecunia Wratislauiam mittitur, accepitisq; triginta tribus Millibus, Sedem vacare biennio permittit ac fructus percipit. 1376.

Iaroslaus de Skotniki Archiepiscopus Gnesnensis moritur Vir illa Sede dignissimus, et aedificator Ciuitatum et Castrorum praecipuus. Anno Eodem.

Regina Elisabeth iterum ad gubernandum Regnum Poloniae reuertitur et Jagello ac Witholdus cum alijs Ducibus Lithuaniae facta magna incursione in Poloniam, illam inter Schan et Vislam praedantur et vastant nemine resistente. Eod.

Regina oblita vastationis Regni dum choreas tra-

ctarē, Jasko Kmitha de Wisnicze Capitaneus Cra-
couien̄ ad dirimendam differentiam int(er) Vngaros
et Polonos missus ab Vngaris interficitur, Cuius
amici eo die omnes Vngaros interficiunt Cracouiae
supra Centum sexaginta et Regina perculsa dolore
in Lanciciēn Castrum Petro Kmita in solatiū ne-
cis paternae praefecto in Vngariam redit, et guber-
nationi cedit. Anno domini 1378.

Romanorum Imperator Carolus filium suum se-
decim annorum tunc in Imperatorem eligit et Co-
ronari procurauit. Anno eodem.

Ludouicus Rex cum copijs Vngarorum Poloniam in-
gressus con(tra) Lithuanos vadit, terrisq(ue) eorum popu-
latis, circa Belz concordiam cum duce Kiestut inivit,

et Vngariam reuertitur: In eo Exercitu septem Ve-
xilla bisennium fuere. Anno dni 1 3 7 7.
Ludouicus Rex pro extinguen sedition inter Vnga-
ros et Polonos orta donat Petro Szafraniecz Castru
Piesshowa Skala, qui in facie erat vulneratus.
Anno eodem.
Casimirus Cassubitarum et Dobrzynen Dux sine
prole moritur, Cuius Terrae ad Ludouicu Regem
deuoluuntur. Anno eod.
Ludouicus Rex vt vidit Terrarum Russiae vberta-
tem, mox illas Vngariae incorporare cogitans Du-
cem Opolien dando ei Dobrzynen, Cassubitarum, et
Gniewkowien Ducatum inde amouet, Et Castra in-
ter Vngaros partitur. Anno eodem.
Vitissitudinaria ac mira Lithuanorum cu Pruthenis

concertatio ut post tot prælia ac prædationes qui sit superior non facile videas. Anno dni 1 3 7 7.

Vocatus in Poloniam Ludouicus Rex dum ire vellet Ducem Opolien pro Gubernatore mittit, et Poloni Legatis ad Regem missis obtinent a Rege illum reuocari cum eius robore. Anno domini 1 3 7 8.

Ludouicus Rex Tributum a Cmetonibus spualium Poradlne dictum exigi mādat, ad quem Cracouien Epus missus, perpetuo illud dimitti obtinet. Anno eodem.

Mortuo Gregorio Romani contendunt a Cardinalibus ut non nisi Romanum in Papam eligerent nece singulis minitan, eam euasuri, electo Clemente septimo simulatem cum Romanū quend pronūciat, eum euadunt veram electiōm publicat, At simul;

tandus pro vero sese gerens. Scisma maximum in Christianitate ortum. Anno domini 1378.

In Lithuanos octo Expeditionibus a Pruthenis pugnatum est, atque ita ut iam in desperationem adducti sedes suas deserere ac in sylvis caeterisque locis degere constituerant, nisi successione Iagelonis in Regnum Poloniae permutatum esset. Eodem.

Expeditio in Lithuaniam agr qua usque ad Wilnam perventum est, Castrique medio exusto desperata conquisitione in Prussiam redit est, non quiescentibus tamen prorsus Lithuanis. Eodem.

Carolus Imperator et Regni Bohemiae Rex, relinquens duos filios moritur. Quorum Maior in imperio et Regno, alter in Marchionatu Brandeburgensi consedit. Eod

Sanduiogius de Czarnkow Suantoborio Duci Stetti;
nen bellum mouet, et stipendium meritum ab eo
exigit . Anno domini 1 3 7 9 .
Intestina bella inter Duces Prussiae et Poloniae exor;
ta magnam Cladem et pernitiem suis attulerunt .
Anno Eodem .
Domarathus de Wedel ex Castro Glosien . quem a
dominis de Czarnkow in pignore habuit irrupit
cum Exercitu Polonico in Ducatum Stetinen . ubi
facto damno et cum Preda redeun(do) per Ducem fusus
est . Anno domini 1 3 8 0 .
Dux Wladislaus albus receptis Decem Millibus
a Rege Ludouico pro Ducatu Gniewkowien , quie;
tancia non data ad Lubek aufugit . Eo(dem)

Clerus Polonicus Nuncios ad Ludouicum Regem pro reformatione atque leuamine iniurijs, quas a Militibus perferebant mittunt. Anno domini 1380.

Florianus Cracouien. Epus moritur, Succedit Zawissius de Curoszwelci. Anno eod.

Moritur Elisabeth Regina, et Rex Ludouicus Conuentum indicit prope Budam, vbi Epum Cracouien. Zawiszam, et Boleslaum de Kurozwelci Castellanum, et Sendiuogium Capitaneum Cracouien. Viccarios Regni creat, Omniaque Officia conferendi Episcopo tribuit potestatem. Anno 1381.

Opolien. Dux prohibens dari ex Terra Dobrzynen. decimas a Plocen. Episcopo excommunicatur, et soluere cogitur. Anno eodem.

Ziemovitus dux Masoviae Uxore necata moritur, tres filios relinquens. Anno domini 1381.

Boleslaus de Kurozwęki Castellanus, et Sandivogius de Szubino Castus Crac. et Cancellarius in Poloniam administraturi Iusticiam euntes, multis quaerulantibus nemini Iusticiam faciunt. Anno Eodem.

Bartholdus de Chotel quia multos Mercatores despoliabat per Domarathum Castum datis illi decem octo Millibus flor. ac damnis ex eis defalcatis ex Castro Odolanow eycitur. Eodem.

Pella Praepositus Kurzelowien et Castus Vnicioiien a Nicolao Castellano Lancicien interficitur, qui et a familiaribus Pelcae necatur, Cuius

P. V.

frater qui in Vnieiovo remanserat effracto Thesau-
- ro Archiepi rebellat et vix Castrum sub pacto red-
dit. Anno domini 1381.

- Plocen Epus Dobeslaus Scocolia Epilepsia invasus
excedit, Cui Stiborius sufficitur. Anno Eod

- Nicolaus Praepositus Gnesnen furti damnatus in Ca-
A. mera Sedis Aplicae commissi carceribus desputatur.
Anno Eodem.

- Wratislavien Ecclam Venceslaus Rex Bohemiae
bonis omnibus priuat, et domos omnium Spualium
praedae committit, nihilq cuiquam dan dui bo-
na omnia occupat. Ann Eod

Inuadens Siciliam Ludouicus per Ducem Bavariae
affinem suum Joannam cu Marito qui Siciliae gerant
capit, et aliquot Castra requirit. Eod.

Zawisius Epus Cracouien moritur, et cum Militari
Pompa sepelitur, Fundator Mansionarior in Ec-
clesia Cracouien, Cui Joannes Radlicza Medicus
succedit. Anno domini 1381.

Episcopus Posnanien et Archiepus Gnesnen moriun-
tur, Et Nicolaus Scholasticus Posnanien succedit.
Anno Eodem.

Semouitus Dux Masov. Castrum Lowicz obsidet,
quod a Berslao defuncti fre tenebatur, Sed Dobro-
gostio de Nowydwor electo, multis malis fretus dis-
cedit. Anno Eod.

Ludouicus Rex nullo facto consentiens in Electio-
nes Archiepi et Posnanien Episcopi, alios Papae Vr-
bano nominat, Et Archiepum euntem Rhomam
pro Confirmatione Venecijs capi obtinet.

— Qui Bodzentam in Archiepiscopum, et Ioannem Krospidlo in Posnanien. Episcopum Confirmatis, dimittitur. Anno domini 1381.

Castrum Vnieiow Nepotis Ioannis Archiepiscopi praedicti occupant, ex eoque summa cum difficultate discedunt. Anno Eodem.

— Vacanti Ecclesiae Wratislauien. per sexennium Venceslaus Episcopus Lubucen. praeficitur, et eodem tempore ordinatur, ut Consules Wratislauien. electi non prius intrarent lares proprios, quam in manibus Capituli de tuenda Ecclesia prius praestarent iuramentum. Anno Eodem

Lithuaniae dux Gediminus inter septem filios partitur dominia, inter quos Olherd et Kieistut simul sententia fratre Iawnuta de Wilna expulso

et Olgierdo omnibus intercedente foedus inter se faci-
unt iuramentoque confirmant. Anno 1381.

Olgerdus Dux duodecem filijs relictis moritur, inter
quos Jagello maior natu in Ducatum succedit, ser-
vat foedus Kieystutho qui sex filios habuit,
inter quos Witholdus charior cum Jagelone in co sul-
to Patruo sororem suam Woidelomi rustico sed sibi
et Patri charo dat in Uxorem, Cuius opera foedus cum
Magistro Prussiae Jagelo iniuit, Quod Kieistut audi-
ens Vilnam et Castrum accepit, et tandem medi-
ante Witholdo reconciliantur, et Ducatus apud
Kieistuth manet. Anno eod.

Dux Kieistuth dum Nowogrodeli obsidet, Woidi-
lonemque Jagelonis Generum suspendit, á Jagelone

et Vilna et Troki fruiatur. Et reuocatus per filium dum ad Samogitas vadit, Uxorem in Brescie relligt Duci Janussio Masouie illam commendans, Qui nacta opportunitate Drohiczyn, Mielnik, et alia multa capit. Anno domini 1381.

Kieystuth Dux cum filio collecto Exercitu versus Troki vadunt, dum per medium Vitholdi pacem Jagelo peterent data fide obtinet, vt Pater et filius eius ad Castra venirent, quos sub fide venientes comprahendit, et Kieistutum necari iubet in carcere: Vitholdo ad id etiam destinato. Anno eodem.

Dum Witholdus in custodia seruaretur, famaque de nece futura esset, Uxor quae ad eum cum alia faemina intrabat, faemina habitum indui iussit

ipsa in locum eius remanente: Qui ad Ducem Ma-
souiae Ianussium prius, deinde ad Magistrum Prussiae fu-
git, A quo benigne susceptus Samogitas fidissimos
comperit, Quem Vxor per Iagelonem sequuta est dimis-
sa. Anno domini 1381.

REx Ludouicus Sigismundo Marchioni Brandebur-
gensi filia Maria nupta, illum in Poloniae Regem
creat, Cui Poloni Omagium praestant, et veniens
in Poloniam cum Vngarico Exercitu, Castra Bartosij
de Odolanowo expugnat, Et dum Masouiam va-
staret Ludouicus moritur, Ipseque in Posnaniam va-
dens dum Domaratum de Capitaneatu Poloniae
eijcere vellet, Nobilitatem irritat contra se. An-
no domini 1382.

Vngari qui multa Castra Russiae tenebant audita

morte Regis omnia Duci Lubardo vendunt, et ad Vngariam redeunt. Anno domini 1382.

Sigismundus Gnesnam veniens dum iterum de amouen. Domaratho rogatus Nobilitati negaret, Dietam Nobiles Polon. faciunt, et decernunt Hedui-gim maritam illiq; parere omnes, Quod Cracouien. Nobilitati significant, Qui etiam Wislicia Dietam indicunt, Archiepo et Domarato contrariis.

Anno Eodem.

Ad Dietam Wislicien. Elisabet Regina Nuncios mittit, rogans ne quicquam de Rege certi concludat, nisi altera filia nupta; Quod libens Nobilitas facit, et Sigismundus prohibitus Cracouiam ingredi ad Vngariam reuertitur. Eod.

Barthosius de Kozmin ad Ducem Masoviæ Semovitum

accedens

accedens, illum ad occupandum Regnum hortatur. Et gentibus acceptum Castrum Calissien frustra accipere tentans, Kosmimeczi suum recuperat, Thomasium de Ostrowasz Gomarathum in obsidione deserere cogit. Anno domini 1382.

Fundatio Monasterij in Czesthochowa de Eccla Parrochiali Sanctae Mariae in antiqua Czesthochowa sibi proximiquo de consensu Joannis Epi Cracouien et Henrici Biel de Blesno Cracouien et Gnesnen Canonici de Familia Osthoia Plebani in antiqua Czesthochowa. Anno Eodem.

Ex rumore quodam de Gomaratho Poloni mox Exercitum colligunt, illique Vincentium Palatinu Posnanien praeficiunt. Qui Oppido Pyzdrij castro

Castrum Callissien obsidet, bona Ecclesiarum dila-
pidans. Anno domini 1383.

Sandiuogius Swidua Villas Ecclesiae Posnamien et Do-
marathi comburit, Idem quoque Domaratus Sandi-
uogio facit cum suis, multaque in Polonia Maiori ma-
la commissa sunt. Anno Eodem.

Domarathus Maioris Poloniae Castus, colligit contra
Vincentium Palatinum ex varijs nationibus copias,
De quo Sandiuogius Swidwa certus effectus, ipsum
aggreditur insprouise et profligat,. Quem victorem
Wirzbięta de Smogulecz partium Domarathi sine
ordine fudit multis necatis et captis. Et Domara-
tus Poloniam omnem vastat. Anno Eodem.

Reginam Elisabeth Poloni rogat, ut alteram filiam
quae regnet illis mittat, Quae assignat eis Heduuigi

Duci Bauariæ desponsatam, ita vt Coronetur et ad eam reuertatur: Quod dum non placuit, Poloni Spytkonem de Melstein Cracouien, et Sandiuogium Callisiensem Palatinos in Vngariam mittunt factis inducijs inter Domarathum et eius hostes. Anno 1383.

In Conuentu Syradien omnium voto Semouitus Dux Masouiæ in Regem eligi, sed Pasko de Schencziyn satius duxit Heduigi deferre prius, et tempus præfigi pro Festo Pentecostes veniendi in Poloniam: Quod omnes approbarunt; Et sic Nuncij Elisabeth expediti. Anno eodem.

Ad excipien Helisabeth et Heduigim Reginã Poloni in Sandecz conueniunt, Ad quos Sandiuogius nomine Reginæ veniens, eam esse Cassouiæ, et non posse

propter inundationem aquarum venire asserit. Ad quam plures domini missi alios tractatus faciunt et Hedwigis aduentum ad festum S. Martini differunt. Anno domini 1383.

Semouitus dux sentiens se electum, Cracouiam veniens non est admissus, sed in Praepositura S. Floriani manens á Consulibus auisatus ut discedat, et noua Ciuitatem rediit, ubi Conclusionem rerum ex Ungaria expectans. Anno eodem.

Semouitus in Poloniam Maiorem rediens, Spytconi de Melsztem Palatino Cracouien. infestus, eius oppidum Xiasz comburrit. Anno eodem.

Semouitus Brestense et Crasnicense Castrum, misso Abraham Socha Palatino Plocen. cum gentibus capit. Anno eodem

Szemouitus Masouiæ Dux occupata Cuiauien Terra et alijs in Polonia Maiori, procurante per Bodzentam Archiepum Rex pronunciatur, paucis ad id consentientibus. Anno domini 1383.

Grzymalitæ de Naluel Oppidum Gniezno Archiepi occupant, et Bendzimirus de Radzicze Castrum Kamien eiusdem capit: Et Masouithæ Oppidum Kwilischowo prædantur. Anno eodem.

Timens Bodzenta Domarati Castellani Posnamien qui ex Vngaria redierat potentiam Castrū Gniezno ad fidas manus Grzymalæ et Wirsbiethæ tradit donec se de obiecto crimine expurget. Eodem.

Glogouien Dux Woschouen Terram recuperaturus dum frustratur, illam cæde et igne vastat. Quod

Peregrinus de Wanglesiyn Capitaneus Maioris Poloniae prohibiturus, et Ducem Olesnicen ab obsidione Calis: sien pulsurus, collectis Militibus, vastatisq; Villis Eccle: siae Posnanien nihil fecit: Et Dux Castrum Pomecos ac: cipit, Quod Peregrinus conquirit, Thomislao pro: ditore capto. Anno domini 1383.

Cracouien Barones indicto Conuentu Cracouiae ob: tinent à Skirmuito inducias ad Fest S. Michaelis per totam Poloniā Maiorem fieri. Anno eodem.

Sigismundus Marchio Brandeburgen cum duodecem Millibus Ungarorum, Masouiā partem subiectam Skirmuito magna Clade afficit. Anno eodem.

Domarathus cum suis, et Inenensi ac Nakelen po: pulo, Castrum Losiow demoliri conatur: Et Arnol: dus de Waldow, ex Inenensi ac Nakelen Terris

magnam secundum abegit prædam. Anno 1383.

Episcopo Wladislauien. mortuo, Troianus Præpositus Posnanien. Electus succedit, Et Grzegorsius Castus Sy-radien. fratrem suum Nicolaum de Chrobrz eligi volens, Castrum et Opidum Wolbors capit et spoliat. Anno Eodem.

Peregrinus Capitaneus cum Vincentio Palatino Posnaniensi et alijs, bona Archiepi Bodzanta passim præ-dantur et Curiam eius Gnesnæ et domos Canonicorum in prædam dant. Anno Eod.

Sigismundus Marchio Brandeburgen. vastata Ma-souia et Cuiauia, dum Brzescie obsidet, treugis cum Semouito factis, cum multa præda in Vngariam redit. Eod.

Bodzenta Archiepus dolis Domarathi Ciuitatem —

Grudentium receperat Lithuani Castrum Sochaczyn Ducis Masouiae dum obsident, igne apposito Gasimum Marschalcum capiunt, multis necatis: Qui in Jagellonis potestatem venit Lithuanorum Principis. Anno domini 1383.

Pruthemi Castrum Troki in Lithuania dum conquirunt, mox ab eius possessione à Jagellone sunt pulsi. Anno Eodem.

Per Carolum Regem Siciliae Urbanus Papa capitur, dimissus tandem sex Cardinales quasi eius captiuitatis aut authores aut conscios crudeliter necat. Anno Eodem.

Sandiuogius de Szubino Castellanus Cracouien pro obiurgam Elisabeth Reginam in Ungariam missus, dum id exequitur, Cum legatione nihil proficeret, iratus

celerrime discessum parat, Quod Elisabeth suspectum habens, Bastonem de Tharnow ad praeoccupandum Castrum Cracovien(se) mittit, Quod ut Sandivogius accepit, cum paucis aufugiens Cracoviam pervenit, Et Regina iuvenes Nobiles per eum relictos captivat. Anno domini 1384.

Mittunt iterum alium Nuncium Poloni ad Reginam Helisabeth pro Hedwigi, Quae mittit Sigismundum Ungariae Regem ad gubernandam Poloniam Cui in Siradiae obviam Poloni Regnum ingredi vetant, sed missis ad eum Nuncijs adventum Hedwigis ad Penthecostes differunt. Interim in Polonia multae caedes et seditiones patrantur. Anno Eod(em)

Conventu in Siradia a Militaribus Polon(is) celebrato

interdicitur ne quis publice aut priuatim in Vnga-
riam sese conferat, praeuaricans tamen id primus Dam-
drogius. Anno domini 1384.

Pomoratus Casimiri et Szamotuly cum omnibus
eorum Villis comburit. Anno domini eodem

Episcopus Posnanien Ioannes Olith ex Posnanien
in Wladislauien sedem transfertur: In Posna-
nien succedit Dobrogostius de Nowy dwor. An-
no eodem.

Hedwigis Cracouiam veniens cum maxima homi-
num laetitia suscepta, in Reginam Coronatur, et
totale illi Imperium datur. Anno eodem

Iagello vt aduentum Hedwigis sentit, Oratores
mittit, illam in Vxorem petens, et suam Conuer-
sionem et alia multa promittens; Quos Poloni

audientes ad Reginam Elisabeth mittunt, Qua om-
nia Baronibus fienda commisit. Anno 1385.

Ex Conuentu Cracouiensi Oratores mittuntur
ad Ducem Jagellonem in sponsum Heduigis et Re-
gem Poloniæ, cum certis articulis illum vocando.
Anno Eodem.

Sigismundus Marchio Brandeburgen quia leuis
erat ex Regno Vngariæ eiectus est, et Carolus
Siciliæ Rex veniens Coronari se in Regem Vngariæ
facit, Sed ad nutum Elisabet per Forliacs occi-
sus est, Cui Regina Castrum Gimel donauit,
Vnde ex illa Familia dum quis in Aulam venit,
gladius nudus ante Regem portatur. Eodem.

Wilhelmus Austriæ Dux Cracouia cum Thesauris

magnus venit, ut cum sibi promissa sponsa copula car-
nali iungeretur, Sed dum ad Thalamum ire vellet
cum Regina per Barones ex Castro expulsus est. An-
no domini 1385.

Et Castrum clausum ne sequeretur Ducem, Qui re-
lictis Thesauris Gnieuossio Vicecamerario Cracovi-
ensi in Austriam fugit. Anno eodem.

4 Jagello Cracoviam venit cum magna Pompa, ad
quem visendum et de forma eius se informare He-
dvigis mittit, Qui Regem Prussiae ad Nuptias et
Baptismum per Nuncium invitat: Et Regina sa-
lutata illi preciosa munera mittit. 1386.

Jagello devicta prius Hedvigi Regina cum fratribus
et Baronibus in Cracovien Ecclesia baptizatur, et
post matrimonium cum Hedvigi cotrahit, Terrasque

Lithuania, Samogitia et Russia perpetuo Regno Po-
loniae incorporat. Anno domini 1 3 8 6.

Jagello in Regem Coronatur, Cuius diuitiae Polonorum
modestiam in ambitionem mutarunt. Eodem.

Magister Prussiae inuitatione Regis spreta, collecto exer-
citu Lithuaniam cum fratre Regis Andrea vastat,
et Plocen. Terram occupat, Sed Rex Skirgaloni et
Witholdo missis omnia conquirit, et Proceribus
multa donat Polonis, praesertim Spytkoni de Mel-
sztin Palatino Cracouien. Sandalia cum Margari-
tis praeciosa. Anno Eodem.

Wladislaus Rex cum sua Vxore Poloniam Maiorem
vadit, illamque pacificat, castigatis multis in bo-
nis et vita. Eodem.

Lithuaniam cum Regina Wladislaus vadit, et

omnes gentes baptisat, donans etiam pannum ex Polo-
nia adductum Idolis effractis Cui Urbanus Papa
per literas gratias agit. Anno domini 1387.

Wladislaus Rex Wilnae Ecclesiam Cathedralem fun-
dat et dotat et septem Parrochias, Quibus Regnia
multa praeciosa donat. Anno Eodem.

Urbanus Papa extremum clausit diem, Cum in ea
sede Undecem annis sederet. Anno Eodem

Lithuanos et Ortum et nomen et mores et Religionem
ab Italis habere; Cum et situm naturamque loci
abunde describit. Anno Eodem

Lithuanorum ex Italia origo Lithuani, Samogitae
et Yaczuingi in educuntur ad Christianitatem Ruthe-
nis et Lithuanis. Anno Eodem.

Sigismundus Marchio Brandeburgensis in Regem

Ungariae Coronatur, et Elisabeth cum filia captiua-
tur, Quas cum nouus Rex liberare contendit
Elisabeth occiditur, filia reddita Regi 1387.

Wladislaus Rex sororem suam Alexandram dat
Duci Masouiae Semouito in Vxorem, et Terram
Belsen donat perpetuo. Anno dni 1388.

Janussio quoque Duci Annam sororem With











oldi
dat in Vxorem. Anno Eodem.

= Bonifacius Nonus vocatus in Papam eligitur, qui a-
uaritiae dans operam Symoniam exercet. An-
no Eodem.

Witholdus timens fratris Skirgelonis potentiam
ad Ducem Janussium, deinde ad Semouitu fugit
vbi male acceptus, ad Magistrum Prussiae iuit:
vbi per multos annos bene tractatus, fidem Christianam

suscepit, Tandem tribus Castris fortissimis Crucife-
rorum captis, spe Ducatus Lithuaniæ potiundi redit
in Wilnam, Castris Cruciferorum combustis, mul-
tisque occisis et captis. Anno domini 1388.

Crescentibus odijs inter Regem et Heduigim Reginam,
decretum est detegi delatores, inter quos Gniewos-
sius de Dalauicze inuentus, Qui pudicitiam
Reginæ tentans falso maculare, sub scamno uidi-
catur latrare et dicta reuocare est coactus. Anno
Eodem.

Venceslaus Romanorum Rex contrahit alterum matri-
monium, Et Iudæi Pragæ in sacerdotem ferentem
Synaxim ad ægros sæuiunt. Anno Eodem.

Iubileus annus Romæ indictus per Quæstuarios
Papæ venditur, huius et stabula plena fuisse dice-
bantur. Eodem.

Mortuo

Mortuo Archiepo Bodzenta cum Epus Wladislauien. Krospidlo se ad Archiepatum transferri per Papam Rege irrequisito obtinuisset, possessionem huius non habuit et alium amisit. Captus tandem vix missus est. Anno domini 1388.

Wladislaus Rex pacificatus Lithuaniam illuc vadit, et Castra Brzescie, Kamienietz, et Grodno Witholdi capit. Anno domini 1390.

Sub Regis absentia Regina Hedwigis collecto Exercitu vadit Russiam et Vngaris expulsis omnem Russiam facile recuperat, a Parente alienatam. Anno eodem.

Wladislaus Rex Poloniae cum Hedwigi Regina Monasterium Sclauorum Ordinis S. Benedicti sub Titulo S. Crucis Clepardiae fundat, erigit et dotat. Eo

Vitholdus fretus auxilio Magistri Prussiae ad quem filius Angliae Regis venerat cum Gallis Lithuaniam ingreditur, captisque nonnullis Castris, Castra Wilnen. obsidet et Castro Kurowo capto fratrem Regis Casimirum decolat, Polonis alia Castra strenue et fortiter defendentibus. Anno domini 1390.

Romanorum Rex ad vastan. Opolien. Terram mittit Exercitum, quae et caedibus et spoliis vastata est. Eod.

Olesnicen. Terra vastatur: Inter Wratislavienses quoque intestina oritur seditio. Anno Eod.

Slirgelo Dux nocturnis incursionibus lacessebat Exercitum Witholdi, unde Marmonth captum in duello, Vitholdus suspensum sagittis conficit, et eius frater ex bombarda Castren. interficitur. Et Gali cum Polonis de Militia certaturi, quorum quorum Bohemia

ad Regem vadunt, verum Regi duellum non permittente
reconciliati sunt. Anno domini 1390.

Cruciferi magna usi crudelitate obsidionem soluunt et
Prussiam revertuntur. Unde Withol̃dus scepius incur-
siones facit. Anno eodem.

Wladislaus in Lithuaniam veniens animos illorum
afflictos ac pene desperantium reficit, ac in Capitaneum
Basilionem illis relinquit. Anno eodem

Witholdus cum Magistro Prussiae tria Castra super flu-
men Niemen aedificat, Et Dux Alexander Re-
gis frater Nowograd obsidet, re tamen infecta abit.
Anno domini 1391.

Plocen Episcopo mortuo Henricus filius Semouiti Du-
cis Masoviae eligitur, qui obtenta Confirmatione Conse-
crationem negligit, atque Uxorem postea ducit. Eodem



BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

Rex Jagelo Lithuaniam omnem frumento et aliis vi-
ctualibus providebat. Anno domini 1391.

Bohemia per Marchiones Misnen. populatur misere.
Anno eodem.

Clemente Papa mortuo, Petrus de Luna qui Benedi-
ctus XIII dictus est, eligitur in Papam. Anno eod.

Alexander Regis Wladislai frater necatus veneno
obiit, Vir Catholicus et virtuosus, et Regi charis-
simus. Anno domini 1392.

Wladislaus Rex per Henricum Epum Plocen. Ma-
soviae ducem, qui sororem Witholdi duxit in uxo-
rem, Witholdo reconciliatus, ipsum tribus Crucife-
rorum Castris combustis, toti Lithuaniae et tribus prae-
ficit, Polonis revocatis. Anno eod.

Pruthem in Lithuaniam duplici expeditione gras-

santur, atq; aliquot Castra conquirunt . 1 3 9 2 .

Ioanne Episcopo Cracovien mortuo per Capitulum electus Schetegius, quo rursus eiecto, ad Regiam intercessionem Petrus Visch eligitur. Anno Eodem.

Pontifex Episcopatum Plocen per matrimonium Henrici Duci vacantem, affini suo confert, sed non est potitus eo. Anno Eodem

Discordijs ortis inter Witholdum et Slirgellonem Wladislaus cum Uxore Lithuaniam euntes illos componunt, dato Slirgelom Kijovien Ducatu. Anno Domini 1 3 9 3.

Rex Bohemiae Ordinem Cruciferorum ex Bohemia expullit omnibusq; bonis privavit. Eod

Reintegratum Castrum Bathen per Lithuanos, rursus per Cruciferos conquiritur et comburitur. Eod.

Wladislaus Poloniae Rex fundatum Monasterium Czestochouien amfliori dote prouidet, villas illi et praedia certa consignans. Anno domini 1393.

Wladislaus muro cingit Castrum Cracouien et auget Burgrabijs per decem Marcas. Anno eod.

Mgr Prussiae cum Suidrygelo Lithuaniam populatur et saepius cum eo confligit Vitholdus incerta pugna. Anno domini 1394.

In Lithuaniam triplex Pruthenorum expeditio non sine clade Lithuanorum. Anno eod.

Rex Vngariae visitat Heduigim Reginam in Sandecz. Anno eodem.

Dux Masouiae Ianussius aedificans Castr. Zlotoria à Pruthenis subito inuasus capitur cum mult. Militibus. Anno eodem.

Sbirgelo Dux frater Regis Wladislai veneno necatur.
Anno domini 1394.
Rex Bohemiae a suis, et iterum a Rege Vngariae capitur. Anno eodem.
Ioannes Krospidlo videns se Archiepatum assequi non posse, cedit de iure: Ad quam sedem Dobrogostius nominatus, per Papam vero ex Posnanien transfertur ad Gnesnam. Anno eodem.
Donatis terris Duci Opolien illum hortatur ut omagium praestet et feudalem se fateatur, Quod facere dum renuit, Rex in eum secreto bellum parat.
Anno domini 1395.
Sigismundus Rex Vngariae cum multa potentia Christianorum ad inuaden Turcam dum vadit, a Baiazet profligatur, ubi ingens iactura euenit populi Christiani. Eod.

Fundavit Rex et Regina Ecclesiam extra muros Cra-
covien in arena Coenobium et Monasterium. Anno
domini 1 3 9 5.
Maria Vngariae Regina moritur, Soror germana Heduui-
gis Reginae Poloniae. Anno Eodem.
Rex Francorum ad Vnionem Ecclesiam reducere vo-
lens de cessione Paparum vtrumque conquirit, Quam
Benedicto renuente Conuentus Gnalis indicitur, in
quo Benedictus captiuatur. Anno Eodem.
Rex Wladislaus arma mouens mittit Cristinum
Castellanum Sandomirien cum Exercitu versus Ter-
ram dobrzynen, ipse aut Wielunen et Osterzeszowien
Terras ingressus, cito oia Castra et Ciuitates capit,
praeter Boleslawiecz, quem septennio obsessum Duce
Opolien mortuo cepit. dux aut Terram oem Do-

breynen Magistro Prussiae in quadraginta Millibus florenorum obligat. Anno domini 1396.

Fundatio Psalteristarum per Regem Wladislaum et Heduigim Reginam. Anno eodem.

De Plocen. Episcopatu Papa Bonifacius Iacobo de Kor-
tuiczo Polono prouidet. Anno eod.

Rex Poloniae Terram Podoliae Spytkoni de Melsztin Palatino Cracouien. in feudum donat: Quod non diu durauit. Anno eodem.

Wladislaus Rex propter rapinas et furta, quae Dux Oppolien. in Polonos committebat cum Exercitu Du-
catum eius vastans, et Opoliam obsidione cingens duo Castra accipit, quae Spytkoni de Melsztin do-
nat. Anno eodem

Conuenit Regina Heduigis cum Magistro Prussiae in

Junivoladislauia de restitutione Terrae Dobrzynen tractan, Sed Regina recusantibus Cruciferis restitutionem, redijt. Anno domini 1397.

Vithaudus cum Exercitu vltra Thanaim proficiscens Tartarorum multa Millia abduxit in Lithuaniam et Poloniam, et locauit Villas ex illis. Anno eodem

Heduigis Regina fundauit Collegium in studio Pragensi pro Lithuanis. Anno eodem.

Henricus Dux Legnicen Epus Wratislauien clausit extremum diem. Anno domini 1398.

Sigismundus Rex Vngariae Cracouiam ad Wladislaum veniens in Curia hastiludijs interfuit, et cum muneribus discessit. Anno eodem

Bonifacius Papa Ciuitatem Rigen in Liuonia olim Archiepi qui Canonicus Regularis erat vedit Mgro

et Ordini pro quindecim Millibus Ducatorum. An-
no domini 1398.

Educens grandem Exercitum in Tartaros Witholdus
con Reginae consilium, dum Egidam Tamerlanis Ca-
pitaneum cu Exercitu longe maiori vidisset, ex con-
silio Spytkonis de Melsztin tractare de pace cepit, qua
etsi Egida non recusabat, tamen dum multi Spytko-
nem pauoris arguerent manus conferunt et Chri-
stiani profligantur, Witholdus cum paucis aufugit,
et Spytko nolens fugere, cum multis Polonis Baroni-
bus interficitur. Anno domini 1399.

Regina Hedwigi grauida facta Wladislaus Rex
Pontificem aliosq Reges et Principes ad Baptismu
inuitat, et Papa mittit Albertum Posnaniensem Ele-
ctum Pomamen suo noie cum breui vt infra. Fol

Adueniente partu peperit Regina puellam, Quae Elisa,
beth Bonifacia appellata intra triduum obijt, et postea
Regina ipsa Sanctissima obijt, multis clara miraculis
Quam quomodo Papa honorabatur ex infrascript. lris
cognosce. Anno domini 1399.

— Coenobium fratrum Carmelitarum sub titulo Cor,
poris Christi Posnaniae Woladislaus Rex erigit et
dotat. Anno Eodem.

Timens Woladislaus Rex ne de Regno eijciatur co,
gitat in Lithuaniam reuerti, sed per dominos re,
tentus mittit ad Ducem Galliae pro Anna Casimi,
ri Regis Nepte et eius filia, Quam Orathores ducunt
et illi matrimonio iungitur, Procis infestus ga tur,
pis erat. Anno domini 1400.

Wenceslaus Rex Romanorum de Regno deponitur, Suf,
ficitur Rupertus Bauariae Dux. Anno Eodem

Rex Wladislaus fundat Collegium maius in platea S. Annae Artistarum. Et Canonistarum in Platea Canonicorum. Anno domini 1400.

Ioannes de Tharnow Palatinus Sandomirien. dotat et erigit Ecclam Collegiatam in Tharnow. Anno Eodem.

Dux Oswiecimien. Przemyslaus in itinere occiditur cuius necis authorem Teschinen. Dux non parua summa emptum, nouo mortis gne acerbissime enecat. Anno Eod.

Nuptiae inter Wladislaum Regem et Annam Casimiri Neptem celebratae. Anno Eod.

Rupertus Dux Coronatione in Imperium assecuta in Italiam accelerat, Prohibitus tandem in Almaniam redit, Rege vtroqz se pro Imperatore regente. Eod.

Sigismundus Rex Vngariæ à suis captus et filio Palatini traditus, opera Styborij de Styborzyce Poloni libera, tus. Anno domini 1400.

Liuoniæ Magister terras Lithuaniæ ingressum Withol, dus sequitur, Et in Liuonia multis damnis fact. Ca, strum capit. Anno domini 1401.

Anna Regina Poloniæ Coronatur. Anno eod.

Vngari ad Wladislaum Poloniæ Regem Legatos mittunt, quo Regni Vngarici curam susciperet. Qui, bus se id non posse viuo altero Rege efficere rndet. Anno domini 1402.

Nicolaus Kurowski Cracouiẽ de Arnim Sirsenia, iva ex Wladislauien Ecclesia ad Gnesnen trans, fertur et duobus annis vtramq. tenet. Eodem.

Benedictus XII Nuntios ad Bonifacium IX pro

amoliendo scismate mittit, qui offensus a Nuntijs mo;
ritur, quo mortuo, Cardinales alterum Innocentium
septimum VII eligunt. Anno domini 1 4 0 2.

Vithroldus Ducatum Smolnen vi per decennium ac;
quirit. Anno domini 1 4 0 3.

Groth Slupecski Regno Poloniæ diffidat, et Nobiles ac
Mercatores captiuos in Moraviam ad Castr. Schosh;
stein portat, ubi Castro per Curien Regis capto Ro;
gala quoque Grottonis socius capitur, Grotonis tamen
bonis confiscatis, Rogala ad preces Zawissij soluitur.
Anno eodem.

Mgr Prussiæ et Liuoniæ multa damna facit in Li;
thuania ex Suidrigeli ordinatione. Eod.

Pasterzembiecz Episcopus Posnamien fundat Man;
sionarios in Posnamien Ecclia atque dotat. 1 4 0 3.

Wladislaus Rex fratrem Suidrigelum ex Prussia reuocans, Terras Podoliæ á filijs Spytconis de Mel:sztin emptas illi donat cum multis alijs in Polonia. Qui iterum fugit, et Præfecti eius in Podolia Regi rebellant. Anno domini 1403.

Innocentius Papa VII moritur, Cuius in locu An:gelus Gregorius XII appellatus, sufficitur. Eod.

Conueniunt in Raciasz Rex Withroldus, et Mgr Prussiæ, datisq; arbitris ordinant vt Samogia Cru:ciferis reddatur, et Dobrzynen Terra Quadra:ginta Millibus á Cruciferis redimatur. 1404.

Wladislaus Rex in Thorun á Mgro inuitatus per triduum honoratur, Vbi Boleslaus de Olesnica in hastiludijs con Germanos victor euasit. Rex quoq; Wladislaus squaloribus á fœmina est profusus. Eod.

Cruciferj.

Cruciferi Ducem Masouiæ Zamisium cum Vxore et filys incautos capiunt. Anno Domini 1403.

Pro redemptione Terræ Dobrzynen constituitur duo: decem grossorum Exactio: quæ Centum Millia Marcarum fertur fecisse. Anno Eodem.

Conueniunt Poloniæ et Bohemiæ Reges Wratisla: uiæ, vbi de reddenda Silesia tractatum est. Anno domini 1404.

Wladislaus Poloniæ Rex Castra et Terras Podoliæ recuperat. Anno Eodem.

Magister Prussiæ Lithuaniam oppugnat, et vbi Polonicum Exercitum sensit aufugit. Eodem.

In Conclusione pacis fact cum Cruciferis, cu adhuc peterent vt Rex nec Titulo nec armis Po:

macrame et vteret, re infecta discedunt. Anno do:
mini 1 4 0 4.

Conueniunt bis, Mgr Prussiae et Withvoldus Dux,
et primo male, secundo amici facti, Terram Samo:
gitiae dat Cruciferis et possessionem assignat, Samo:
gitasque filios in obsides Pruthenis dare cogit inui:
tos. Anno domini 1 4 0 5.

Gregorius Papa ad Petrum de Luna alterum Papam
Nuncios pro celebrand Vnione certum terminum
constituturos mittit, ad diem tandem dictam solus
venire neglexit. Anno eodem.

Janussius Dux Masouiae fundat Ecclesiam War:
schouiae. Anno domini 1 4 0 6.

Woladislaus Rex Annam vxorem sua adulterij su:
spectam facit. Eod

Pace inter Withaudum Lithuanum et Basilium Moschum firmata, Withaudus ad Vxorem suā proficiscens Exercitum suum ex Moschouia redeuntem in magnum periculum famis atq; hostis conijcit. Anno domini 1406.

Viginti nauibus frumento onustis quas Wladislaus Withaudo miserat Vlrici Mgri Prussiæ opera ad Ragnith intercepl, et violatis castigq; Lithuanis Mercatoribus Vithaudus Samogiam Pruthenis donatam rursus in ditionē suam redigit. Anno eodem.

Duo Pontifices Romani per factionē electi, tertio vero Alexandro quarto, authoritate Concilij Pisani creato, sedē Pontificia moti sunt. Eodem

Legati Vlrici Mgri Prussiae reiecto in futura Comitia responso, domum cum protestatione redeunt. Anno domini 1406.

Vlricus responso per Nuntios Regis Poloniae accepto, Castrum Dobrzyn et pleraque Oppida expugnat, Bobrownicki aut et Bidgostiam per deditionem et Slothoria accipit. Anno domini 1409.

Wladislaus die et loco Militibus suis condicto Bidgostiam obsidione premit et recuperat. Eod.

Wladislaus Vlrico inducijs ad tempus datis Venceslaum Romanorum et Bohemiae arbitrum summit. Anno Eod.

Vithaudus icti foederis ignarus vastat Prussiam ac vicissim hostem prouocatum pauidus ex improuiso in sua Terra excipit. Anno Eod.

Alexander quintus Pontifex Romanus Ludouicum Ducem Andegauen̄ Regem Siciliæ Pisis creat, et Venceslaum Romanorꝝ Regem nominat. Anno domini 1409.

Ruperti Romanorum Regis Gregorij duodecimi factionem fouen̄ vnionemq͡ dissoluentis, Legati in Pisano Concilio ridentur. Fox.

Hermanus Comes Ciliæ humaniter et regie excipitur in Coronacze, Premyslaus Dux Teschnen̄ diuiso filijs Ducatu moritur. Anno 1410.

Withaudus vice Wladislai Kezmarkium profectus ad confirman̄ fœdus int' Vngaros et Polonos ictum, dolis Sigismūdi Vngariæ Regis ex promisso Regno frustra oppugnatur, vt a fide sui Regis discederet. Fox

Wladislaus imparatis contra Cruciferos armis ab Vngaria collocat praesidium. Anno domini 1410.

Externus Miles ad bellum Pruthenicum conducitur. Anno eodem.

Legati Sigismundi Vngariae Regis Cracouia in Prussiam eunt, inter Pruthenos et Polonos bellum composituri. Anno eodem.

Wladislaus in bellum egressus solemnia Festa Corporis Christi peragit, ac in Monasterio S. Crucis Orationibus et ieiuniis se macerat. Anno eodem.

Exorto bello Pruthenico Milites Poloni, Sigismundo Rege Vngariae, et amplis fortunis quibus in Vngaria aucti erant relictis, ad suum Regem Wladislaum peruenerunt. Eodem.

Praesidia Polonica in tensis aliquot Pruthenorum

pagis ad petendum fœdus decem dierum Vlricum cogunt. Anno domini 1410.

Wladislaus fœdus per suos cum Cruciferis ictum ad petita Legatorum Regis Vngariæ confirmat. Anno eodem.

Exercitum Wladislai ictus fulminis turbat. Alexander superato flumine Narew, et iunctis cum Wladislao copijs transit Istulam, et pons iussu Regio soluitur. Anno eodem.

Iacobus Episcopus Plocen. pro Concione Polonos ad bellum animat. Anno eod.

Sobeslaus Legatorum Regis Vngariæ Nuncius á Rege Wladislao Pharumã reddit, et ab Vlrico vera de Polonis narrans ridetur. Eod.

Wladislai statuia in Kuchoro agente Strata,

gemati Janussy praesidium Suiecen caeditur et prae-
da ex Prussia aguntur. Anno dni 1410.

Wladislaus propositis conditionibus pacis suu et
Alexandri filium Exercitum Legatis Sigismundi
ostentat, et suspitione hostis iam iam venientis
conficta excitat. Anno eod.

Thartarorum et Lithuanorum crudelitas Proceribus
Regni Poloniae praesertim Alberto Jastrzembiecz
Episcopo Posnanien non probatur. Eod

Wladislaus cum Exercitu suo in Terra hostica
signa explicans, et lachrymis obortis Deum invo-
cans causam totius belli in hostem reiicit, atque
duo Lithuani sacrilegi Alexandri iussu se su-
spendunt. Anno eod

Exercitu Polono posito ad lacum Lubeovo, sepse

Senatores et duo Ductores leguntur, qui de summa
totius belli et itinerum commoditate prouideant.
Anno domini 1410.

Wladislaus pace per Legatos Sigismundi nec quic-
quam tentata superandi fluminis Drwancza
quod ab hostibus tenebatur consilium capit. An-
no eodem.

Flumen Drwancza vado superaturus Wladisla-
us cum Exercitu suo retrocedit, et litteras diffida-
tionis Regis Sigismundi in Pago Wyssolia excre-
to accepit. Anno eod.

Vlricus falso gaudio Exercitus Polonici fugien
primo perfusus, deinde ad se rediens et nonnihil
tam subita re permotus ad Vrbes suas defenden
fluuium pontibus iungen, et dimicationem cum hoste accingit. eod.

.S v.

Wladislaus cum Fricsone Legatorum Vngariæ Nun-
cio secreto expostulans, Regem Sigismundum suo-
rum beneficiorum immemorem coarguit, et suum Exerci-
tum Sacramento Dominici Corporis expiat. An-
no domini 1410.

Oppidum Dambrowno natura et arte munitum, a
Polonis vi capitur. Anno Eod.

Præsidia Polonica Pruthemi fundunt fugantque.
Anno Eodem.

Wladislaus Nobilioribus captiuis seruatis, cæte-
ros utriusque sexus dimittit: Prodigia in Cælo
visa. Anno Eod.

Wladislaus Rex quamuis iam fere fremente hoste
a Sacris tamen abduci non pot. Eod.

Wladislaus collo conscenso hostilem Exercitum

contemplatur, et non aptos bello ad Castra impedi-
mentorum remittit. Anno dni 1 4 1 0.

Superba Ulrici Legatio ad Wladislaum Regem, et
duo stricti enses mittuntur. Anno eod.

Mgr Prussiæ contemplatus suum et hostilem Exer-
citum fundit lachrymas, et ob hoc à Commen-
datore Vernero obiurgatur. Anno eod.

Polonorum et Pruthenorum atrox pugna. eod.

Lithuani terga vertent in Lithuaniam usq: fugi-
unt. Anno eod.

Miles Bohemicus et Moravicus ignaviæ an do-
lo malo Ducis sui ex acie in proxima sylvâ ce-
dens, à Vicecancellario obiurgatus, relicto Duce
ad prælium revertitur. eod.

Signum vi hostium collapsum restituitur à Polonis, Pruthenj à persequen Lithuanis reuersi, pugna suor. restituunt, ac vnus eor. qui in Regem Woladislaum totis viribus impetum fecit armatus, ab inermi Sbi-gneo occiditur. Anno domini 1410.

Pruthenis caesis fusisq; Castra eor. diripiuntur. Anno eod.

Hostium Pruthenicorum in eo praelio quinquaginta millia occisa, capta quadringenta, et signa Mili-taria quinquaginta vnum intercepta, spolijs victo-res hostilibus admodum ditati. eod.

Duo fratres Crutiferi capti, propter superbos sermo-nes, Withaudi iussu, Capitali paena afficiuntur. Anno eod.

Exercitu Polonico vires reficiente, et ad Sacra

Deo facien voce precomis vocato, Vlrici Magistri Prus-
sia caedes nunciatur. Anno domini 1410.

Poloni occasionem Arcis Marieburg conquirenda
amittunt. Anno eod.

Mgrm Prussiae caeterosq; tam suos quam hostium
qui in acie ceciderunt curat Rex sepelien, Ver-
nerus ex acie fugit, Funebribus sacris peractis
Proceres suos, et duos hostium Duces captos, Convi-
vio Rex excipit. Anno eod.

Ramussius Masouiae Dux Deo et Victori Regi Vla-
dislao agit gras. Anno eod.

Captivi recensiti, alij Sacramento obstricti dimit-
tuntur, alij dantur in custodiam: Ac Rex cum
Duce Alexandro caesorum cadavera contemplatus,
laetum ad suos Nuncium mittit. eod.

Oppidum Ostorod cum Castro deditur Regi, ad eumq[ue]
Nuncius Episcopi Warmien[sis] accurrit. 1410.

Henricus Commendator Suiecen[sis], Castrum Marie;
burg praesidio firmissimo seruat. Eod[em]

Praedatio per Prussiam ac deditio Castror[um] et
Oppidorum. Anno Eod[em]

Castrum Sztergon vacuum hominibus, om[n]i rerum
copia refertum capitur, imaginesq[ue] in Poloniam aspor;
tantur. Anno Eod[em].

Wladislaus neglectis Nuncijs Henrici ad Castr[um]
Marieburg cu[m] Exercitu contendit. Eod[em]

Ex Oppido Marieburg capto, Castrum Marie;
burg fortiter oppugnatur. Eod[em].

Magna Prussiae pars Regi Poloniae se dedens, Sa;
cramento fidelitatis obstringitur: Fides quoq[ue]

Elbingensium in Regem. Anno domini 1410

Castra et Ciuitates deditas Rex Militibus suis distribuit. Anno eod.

Wladislaus elatus victoria Henricum Commendatorem supplicem, et aequas satis Conditiones offeren respuit, ad fortiter defenden Castr Marienburg. Anno eod.

Hermanus Liuoniae Mgr Polonis malo dolo circumuentis et Marieburgum redit. Plebanus quidam senex Polonis nihil eiusmodi suspicantibus, triginta aureorum millia Marieburgi defert pro auxilio Castra comparan. Anno eod.

Alexander praetextu dissenteria laboran, Exercitus sui obsidionem Marieburg deserit, Ducesque Masoviae domum redeunt. Eod.

Poloni pacta Bohemorum de proden Castro Marie-
burg respuunt. Anno domini 1410.

Wladislao ex obsidione Castri Marieburg rede-
unti, Epus Posnanien cum Ciuibus et Clero ob-
uiam it, Et Henricus Mgr Prussiae Electus, ad
parandum bellum peccuniam conquirit. Eod.

Rex collocatis praesidijs in Castro Radzym, di-
missoque Exercitu, Insulam ponte superat, in Po-
loniam rediturus. Anno Eod.

Rege Poloniam deflecten Iaslio de Uol Bohemus
Capitus Radziymen, optime de Polona Resub: me-
ritus veneno perit, Cuius filiorum superstitum
Rex paternam curam suscipit, atque inde a
Matronis Virginibusque comitatus discedit An-
no Eodem.

Oppido

Oppido Tuchollia dedito Cruciferis et Castro oppugnato Wladislaus in Koronowo Oppido collocat præsidium Anno domini 1 4 1 0.

Prælio acerrimo ad Koronowo facto, Cruciferi a Polonis vincuntur. Anno Eodem.

Victoriam nominanti Militi, quingen Marc donat Wladislaus, suis et hostibus iusta peragit conuiuia ad captiuos cœna liberalr exceptos verba facit, et vno excepto omnes dimittit, Suos Milites præmijs honorat. Anno Eodem.

Janussius Brzozoglowy dolis hostium circumuentus, Castrum Tuchollia factione inita dedit. Anno Eodem.

Præsidium Tucholien Poloni fundunt fugantq;. Anno Eodem.

T

Exercitus Polonus à Tucholia discedit, Rex captiuos ad Militarem sponsionem dimittit. 1410.

Polonici Milites ad praesidium Tucholien literas inter se vltro citroq̃ mittunt. Eod.

Poloni Castrum Sbthum et Morany dedunt Pruthe: nis. Anno Eod.

Mgri Prussiae à Castri Radzyn oppugnatione turpi: ter reiecto, Oppidum captum Poloni incendunt. Anno Eodem.

Gedanum et Thorunia violata Regi Wladislao fide à Ciuibus, sponte sua, inito prius pacto, dedi: tur. Anno Eod.

Wladislaus collecto rursus Exercitu, Pomeraniam vastat. Anno Eod.

Styborius qui iussu Regis Vngariae in Poloniam

irruptione facta, veterem Sandeciam, et suburba-
na noua, et aliquot pagos exusserat, magna parte
sui Exercitus amissa, aegre in Vngariam aufugit.
Anno domini 1410.
Memoranda et illustris Clades Liuonum. Eod.
Wladislaus colloquio cum Magro Prussiae habito
in Coena, ictoque cum Pruthenis spacio unius Mensis
foedere, Prussiam relinquit. Anno Eod.
Wladislaus ab Regina Coniuge sua et longo Ordi-
ne castrorum Opathouiae excaeptus in Prussiam cum
Exercitu reuertitur. Anno domini 1411.
Sub pacis tractatu Janussius brzozoglowy, magna-
rum et copiam Equorum hostilium Bidgostiam abe-
git. Anno Eod.
Wladislaus consultore Alexandro Poloniis turpe

et damnosum cum Pruthenis perpetuum init foedus.
Anno domini 1411.
Wratislauien. Ep(iscop)us in carcerem a Consulibus Wratislauien. conijcitur. Anno eodem.
Inter Polonos et Pruthenos icto foedere Wladislaus captiuos dimittit, factis ab Vlrico Centum millibus Sexagenar(um), exerceturq(ue) Militare Iudicium inter Polonum Militem et Pruthenum. Eodem
Wladislaus Podolia data in tenutam Alexandro in Vngariae finibus collocat praesidia, Postea icto cum Vngaris foedere, Russiam et Lithuaniam peragrat. Anno Eodem.
Wladislaus cum ingentibus donis ad Ioannem XXIIII. Pontificem Romanum Legatos mittit Obedientiam denuncians. Anno Eodem

Nicolaus Kurowski Archiepiscopus Gnesnensis priusquam se Regi de stupro purgaret in itinere moritur, magnitudine opum magis clarus quam virtute. 1411.

Wladislaus Alberto Jastrzembiecz qui in Archiepiscopum Gnesnensem temere electus erat, reiecto, Nicolaum Traba Archiepiscopum nominat: Halicien Metropolitani sedes Leopolim transfertur. Eodem.

Signa Cruciferis ablata in Templo appenduntur, et in die divisionis Apostolorum nomine victoriae indicuntur. Anno eodem.

Wladislaus Rex cum Ernesto Austriae Duce, qui Cracoviam paucis comitatus venit, societatem et affinitatem iungit. Anno domini 1412.

Wladislaus Rex ab legatis Sigismundi Ungariae Regis persuasus Luboviam venit, ibique fraude

Sigismundi illectus Senatoribus suis inconsultis, se;
cretum sed Regno suo perniciosum init foedus. An;
no domini 1 4 1 2.

Percusso foedere Wladislaus Cassouiam deducit.
Anno eodem.

Legati Tartarorum ad Regem Ladislaum Bu;
dam veniunt. Anno eod.

Cruciferi Wladislai et Cruciferorum susceptum
Sigismundus in alios reijcit, ut bello in tempus lon;
gius arte dilato, Cruciferos auro spoliaret. eod.

Wladislaus ex morbo reualescens ac reditum pa;
rans in Regnum suum, dona accipit et vicissim
dat Sigismundo. Anno eod.

Wladislaus Cracouiam ingrediens Coronam Re;
gni Poloniae, Gladium, et Pomum munera Sigis;

mundi Regis ante se deferri pro palam iubet. Anno domini 1412.

Wladislaus dona á Sigismundo accepta Alexandro dat Petrum Visch Epum Cracovien ex sua sede vi eiectum Pomaniam transfert. Eodem

Legatus Sigismundi pro repetendis quadraginta Millibus Sexagenarum promissarum sui Regi in pignus Scepusij ad Magistrum Prussiae remittitur: Templum Ruthenorum latino ritu Regi consecratur Pramyslia.

Anno Eodem

Legatus Sigismundi Regis, Terminis Lithuae et Prussiae bene inspectis ad Regem suum revertitur: Hussitorum haeresis oritur Pragae. Eodem.

Concilium Constancien indicitur Ladislaus Siciliae Rex, dum contra Pontificem bellum parat

igne sacro correptus moritur. Anno dni 1412.
Legatus Sigismundi peccunias à Mgro Prussiae accipit pignore Scotusy: Lithuani libertates et insignia non dissimilia Polonis merentur. 1413.
Ladislaus lucos Samogittorum succidit, igne perpetuum cultum pro deo extinguit, Ritus gentium qui late recensentur abrogat. Eod.
Ladislao Concionante Samogiae verbum dei suscipiunt, Facetum cuiusdam de plebe dictum Nicolao Wesyli ex suggesto disserente de Concione mundi. Anno Eod.
De salute Samogittorum Ladislaus Rex sollicit, Krisgalone Virum insignem pietate eis praeficit, Vilnam rediens. Anno 1413.
Henrico Mgro Prussiae à suis Comendatoribus

in perpetuum carcerem coniecto Vlricus frater suus eadem veritus ad Ladislaum perfugit. Anno domini 1413.

Ladislaus infectis rebus cum nouo Mgro Prussiae ex Comitijs discedit, meditatamque Henrici Mgri Prussiae impendens praefert. Anno 1414.

Sntiae Sigismundi Vngarorum Regis inter se et Prutenos latae, quamuis iniquae, Ladislaus Rex acquiescendum esse constituit, sed infestis Pruthenorum armis prouocatus, Exercitum coscribit. Anno eodem.

Petro Visch Posnanien Episcopo vita functo Lascarus absens et inuitus et diu repugnans sufficitur, dum Ladislaus Electioni adesset. Eod.

E v.

Ladislaus cum ingenti Exercitu Istulam superat Pruthenos aggressurus, Legatosq; eorum bellum à suis vana legatione auertere cupien, sine spe pacis dimittit. Anno domini 1414.

Ladislaus Oppido et Castro Nidborg, similiter Halsthein expugnat, et plurimo commeatu comparato ad Helsborg expugnand. ire pergit. Eod.

Ladislaus Rex soluit obsidiom Castri Helsborg, de pace iterum frustra tractatur, Alexander dux à proposito reducen suos in Lithuaniam apud Holandum ab hostibus capiuntur. Anno Eod.

Obsidione Holandi dimissa et Elbingam versus Exercitu moto ex Castro Birgon et Rosenberg commeatu Poloni instruuntur. Anno Eod.

Bischeffendor Oppidum capitur, Stratagema Cru:

ciferorum, quo opportunum Regis consilium Thoruniy et Culmæ oppugnan impeditur, et ad temere obsidendam Grodnicsa auertitur. 1414.

Pruthem discessione Alexandri primo animati exeunt in aciem, sed mox iniqui se Polonis animaduerten esse, cedunt ex acie, Ducentis Pruthenorum cæsis, sexagin capti ferro iniecto ad Regem deducuntur, dum oppidum Dobrzynen frustra oppugnatur. Anno eod

Ad preces Legati Pontificis Romani Brodnicæ obsidiom Ladislaus Rex facile soluit, et hyemis aduentu et vi morbi in exercitu grassante, et commeatus penuria admonitus, Concilium Constancience indicitur. Anno eod

Ad Constancien Concilium quod durauit quatuor

annis Legati ex Polonia mittuntur, ad quod Si-
gismundus Romanorum et Vngariae Rex proficiscens
Aquisgrani primam Coronam Imperialem accipit.
Anno domini 1414.

Nuncij Polonorum Constanciam perueniunt: Joan-
nes XXIIII adeo peccunia corrumpit et promis-
sis onerat plerosque vt articulos scelerum suorum
priusquam in Concilio publicarentur, dedicerit. An-
no eodem.

Sigismundo Rege Vngariae apud Constanciam agente
Vngari Turcos prouocant, magna Clade ab eis affici-
untur, plerisque Proceribus Regni captis: Legatio La-
dislai Polonorum Regis ad Caesarem Turcorum missa
hoc nomine, et Cathalogus Vicleffistarum haere-
seos recensetur. Anno eodem

Joannes XXIIII scelerum suorum conscius, Constancia

Friburgum perfugit, vbi dem à Sigismundo Rege Ro=
manorum captus, Constanciam reducitur, et authori=
tate Concilij motus Pontificia sede in carcerem
detruditur. Anno domini 1414.

Alexander Moldauiae Palatinus solemne praestat
Omagium Swiatemij Regi et Regno Poloniae: Pa=
triarchae et Imperatori Graecorum, pressus bello Tur=
cico, magna frumenti copia mittitur: Ecclipsis
Solis stupenda. Magister Liuoniae Lander Wladi=
slaum Regem hospitio excepit, splendidis mune=
ribus cumulat. Anno eodem

Foedera inter Ladislaum et Sigismundum antea
inita, Sacramento vtrimque confirmata, triaque
Monasteria Virginum in vnum rediguntur. An=
no eodem.

Joannes Hus et Hieronimus in Concilio Con-
stantien exusti a Bohemis venerantur et colun-
tur pro Sanctis, Triginta fere millia hominum
congregata publice Sacramento Calicis procu-
rantur. Anno domini 1414.

Anna Poloniae Regina moritur. Terra Polonica
sua sponte mirabili virtute naturae Ollas fert.
Anno domini 1415.

Poloni in Wielunia cum Magro Prussiae fa-
stu pleno frustra de pace agunt. Eodem

Ladislaus Rex Legatos ad Concilium Consta-
tien mittit, partim propter authoritatem eri-
gendae Cathedralis Ecclesiae apud Samogitas
partim ut inhiberetur Cruciferis Samogitas Christia-
nos bello deinceps lacessere. Eodem

Ladislaus Annam Caroli Regis Bohemiæ filiam
Brabanciæ Ducem Viduam in matrimonium sol-
licitat. Anno domini 1415.

Petrus Luna ab Rege Aragoniæ et suis Cardi-
nalibus relictus Paniscolæ moritur: Sigismun-
dus inter Anglum et Galum compositurus pacem
Parisios venit, Legatis Poloniæ eo secum ductis
ubi Cruciferis pax ad biennium impetratur,
opera Caroli Galiorum Regis. Anno Eod.

Joannes Falcembergus famosi libelli in Ladi-
slaum Regem Poloniæ scripti author, Constan-
cien. Synodi decreto in Carcerem detruditur.
Anno Eodem.

Ladislaus Rex multo Senatu suo totiusq; Regni
maiore cum suo et suorum maximo dedecore,

Elisabeth Granowska suspectae pudicitiae et prove-
ctae aetat. foeminam in matrimonio habet. An-
no domini 1415.

Ladislaus in Concilio Constancien. dispensationem
per Legatum vix obtinet ut esset cum sorore spi-
rituali in matrimonio. Anno eod.

Elisabethem Coronat Archiepus Leopolien. invi-
tis ac reluctantibus Praesulibus et Proceribus
Regni, Primatus Archiepi Gnesnen. authoritate
Concilij Constancien. confirmatur. Eod.

Martinus V. provocationem Legatorum Regis Po-
loniae ad futurum Concilium tam indicit exter-
ritus et veritus schisma, sententiam Constancien.
Concilij con. Falckenbergium latam, quam prius nole-
bat postea confirmavit. Eod.

Ecclesia

Ecclesia Cathedralis in Sammogitia mandato Conci-
lij Constancien. cum summo fidei Christianae augmen-
to. Anno domini 1417.

Legati ex Concilio Constancien. redeuntes, ab Re-
ge suo obuiam prodeunte honorifice excipiuntur,
deinde Synodus indicitur. Anno 1418.

Boleslaus Suidrigal ex Castro Chrzemieniecz ad Si-
gismundum Ungariae Regem perfugit. Per
seditionem plebis Wratislauien. sex Consules capi-
te plectuntur. Anno eodem.

Ladislaus a Martino quinto Pontifice Romano per-
ficit ut Falckenbergus cum suo infami libello com-
burratur. Et fratrem Boleslaum Suidrigal Witau-
do reconciliatum in Lithuaniam reducit. An-
no eodem.

Vitaudus Sulimam affinem suam Uxorem ducit absq[ue] authoritate Sedis Romanae, administro Wladislauien[si] Episcopo, Petro aut[em] Episcopo Wilnen[si] repugnante. Anno domini 1418.

Imperator Thartarorum a Witaudo creatus a Kenemberdono vincitur et occiditur, Cui deinde inuiso Germanus Geremferder succedit. Witaudi amicus. Anno eodem.

Pontificis Romani Nuncij quod prece an precio sententiam pro Cruciferis con[tra] Polonos inique tulisset per literas Regis Ladislai apud Pontificem accusatur. Anno eodem.

Ladislaus Rex vanis Sigismundi promissionibus diu lactatus ex Oseriasch discedit, nec vllis iam eiusdem Sigismundi promissis retinetur, q[uin] Exercitu

suum ex hostili Terra reducat. Anno 1419.

Ladislaus Rex horrendo fulminis ictu prostˀ im-
pium matrimonium cū Elisabeth spuali, grauit
exterretur. Anno Eodem.

Mortuo Venceslao Bohemiæ Rege, Sigismundus
frater eius Romanoꝝ Rex ab Ladislao Szadeciæ
excipitur, quem inde redeuntem, et in Turcas bel-
lum ferentem, Janusius Castellanus Callisien
comitatus, sntiam arbitrariam Wratislauiæ
egre obtinuit. Anno Eodem.

Sigismundus cum Turcis congredi non ausus ma-
gna clade Chrianorum Terras affecit, et Bohe-
miam amisit. Anno Eod.

Sigismundus Vngariæ Rex arbiter int Polonos et
Pruthenos iniustissimam sntiā Wratislauiæ fert. Eod

Wladislaus et Witaudus accepto de iniusta Sntia
Nuncio in lachrymas et eiulatum erumpunt. De;
inde Legatis missis Sigismundo denunciat nolle
se ipsius Sntiae stare. Anno domini 1419.

Legationis Ladislai et Witaudi apud Sigismun;
dum relatio, et eiusdem Sigismundi animus misi;
us in Legatos. Anno Eodem.

Sigismundus promissionem Sntiae corrigen per suos
Nuncios factam curam pernegat. Eod.

Inueterata ira Regis et Sigillum literis Joannis
Pilecski noui Comitis ex officio denegatum, magna
occasionem Elisabethae Reginae dedit, calumniam
Alberti Jastrzembiecz Episcopi Cracouien, et Re;
gni Cancellarij. Anno Eodem.

Elisabethae Reginae mortem et funus Wladislaus

Rex breui mærori, cæteri ferè omnes diuturna læti-
cia prosequuntur. Anno domini 1 4 1 9.
Poloni nacti occasionem reijciendi arbitrij inter se et
Cruciferos iniusti facti, summo gaudio perfundun-
tur. Anno eodem.
Regnum Bohemiæ Wladislao Regi offertur. An-
no eodem.
Joannes Zyßka Pilzna relicta nouam Ciuitatē
nomine Tabor ponit, et Nicolaum quendā ab Si-
gismundo Rege in Bohemiam missum profligat.
Anno eodem.
Grauis seditio ad Tribunal Regis exorta vix se-
datur: de Regno item Bohemiæ suscipiendo aut ne-
gligendo consultatur. Anno eod.
Picardorum hæresis apud Bohemos nascitur. eod.

Sigismundus Praga obsidione soluta in Regem Bohe-
miæ mungitur Wischrogradum, deditionem pro-
mittit Pragensibus. Anno domini 1419.
Legati Bohemorum legatione audita, alij in Li-
thuaniam alij in Niepolomicse mittuntur. An-
no eodem.
Wischrogradum plurimis ex Sigismundi exercitu
stratagemate casis à Pragensibus capitur: Zijs-
ka in Monasteria et Oppida desæuit. Eod.
Legati Bohemorum iussione Ladislai, qd renst
Regnum Bohemiæ sibi oblatum renuerit, acce-
pta: in Bohemiam redeunt. Anno eod.
Regnum Bohemiæ Ladislao renuente, offertur Ale-
xandro Lithuano. Anno eod.
Heduigis nubet Friderico: Fœdus cũ Cruciferis

in carnium profertur. Anno domini 1419.

Wilhelmus Burgundus per Terras Poloniae Hierosolimam iturus, Caesari Turcarum litris Ladislai commendatur. Anno eodem.

Sigismundus Rex apud Oppidum Gora misere caesus ab Joanne Zijszka turpiter fugit. Eod.

Wladislaus ad Pontificem Romanum Legatos mittit, de lite inter se et Cruciferos componen. Anno eodem.

Ladislaus Stephani Nepotem Alexandri Virginem ducit in Vxorem. Anno dni 1420.

Ladislaus Martini Papae Legatum, et alterum Ducis Guilhelmi summo honore et muneribus prosequitur. Anno eod.

Tributum quinque Millium florin Regi Ladislao

in Clero Polonico à Martino Papa consignatum de-
negatur. Anno domini 1420.
Nicolaus Gnesnen. Archiepus fundat Mansiona-
rios in Ecclesia Gnesnen. Anno Eodem.
Fridericus Marchio Regis filiae sponsus, Successor
Regis designatus in Aula Regis instituitur: Si-
gismundus Coriboth nomine Alexandri Witau-
di ad Regnum Bohemiae possidendum missus
Castrum Korsthein intolerabili foetore oppugnat.
Anno Eodem.
Poloni propter particulam quam Pruthem frau-
de Sigismundi Regis caperunt inseri in formulam
foederis renuunt cum Pruthenis. Eod.
Legatus Aplicus dum citatis partibus Glogouiae
sntiam laturus, pro Tribunali sedisset, literis

Martini Papae impeditur. Anno domini 1420.
Exercitus Cruciferorum primum audacior plus
aequo, demum contemplato Polonorum Exercitu fu-
git, abrupto ponte fluminis Drwancza. Eodem.
Ladislaus Rex per flumen Exercitum traducit
frustra repugnantibus Pruthenis ubi plerique ho-
stium capti, plerique caesi sunt, et Ciuitas Ja-
brzesno cum Cathedrali Ecclesia Culmen in-
cenditur. Anno Eodem
Ex Castro Golub capto Sacramentum Panis Do-
minici in Tabernaculum Sbignej Praepositi cum
honore digno defertur. Anno Eodem
Walachi numero impares, tecti syluis, Pruthe-
nos fugant caeduntque. Anno Eodem

V. v.

Andreas Brochocsky licet plurimorum Militum auxilio ducum inuidia nudatus esset, magnam tamen hostium copiam ex improuiso irruentium fudit fugatque. Anno domini 1420.

Castrum Kowalie Ladislaus Rex cum summa iactura suorum obsidet. Anno eodem.

Thorunen. suburbana et Vineae et alia pleraque loca circum circaque vastantur. Eodem.

Cruciferi vim hostium non ferentes pacem petunt, et impetrant. Anno eodem.

Ladislaus confecta pace et auxilijs dimissis, in Poloniam reuertitur, traiecto flumine Drwencza, atque Tartaros praedatores profligat. Eodem.

Ladislaus actis Deo Gratijs Posnaniae et in monte Caluo: In Niepolomicze venit. Eodem.

Ladislaus Proceribus Regni in Vngariam missis, ipse in Lithuaniam abit. Anno domini 1420.

Proceres Regni Poloniae et Vngariae infecta pace quod Reges abessent, discedunt ab Oppido Kez; marki, aduentum suorum Regum solliciti. Eodem.

Nicolaus Archiepiscopus Gnesnen. nobilitate et virtu; te insignis moritur. Anno Eodem.

Albertus Iastrzembiecz Cracouien. Episcopus, et Sbigneus de Oliesnicza ab Rege Ladislao eli; gendi in Archiepiscopum nominantur. Eodem.

Albertus Iastrzembiecz Cracouien. Episcopus in Ar; chiepiscopum eligitur, Cui Sbigneus in Sedem Cra; couien. succedit. Eodem.

Ladislaus cum Sigismundo inua rursus et perpetua foedera facit. Eodem.

Ducatus Lithuaniae a Pruthenis limitatur. Anno domini 1420.

Ladislaus Rex cum suo Senatu leges Reipublicae salutares condit: Coributh ex Bohemia reuocati, Terraque Dobrzynen petenti denegatur: Sigismundus Moraviam Austriae Duci donat. Eodem.

Dies Coronandae Sophiae Reginae indicitur, Regesque ac Principes varii accersuntur. Eodem.

Ericus Daciae, et Sigismundus Vngariae, Reges: Et Branda Cardinalis Legatus Pontificis, caeterique Principes ad Coronationem Sophiae Poloniae Reginae frequentes Cracoviam conueniunt. Anno domini 1421.

Coronatione perfecta Reges atque Principes magnifice tractantur, Epulis atque ludis. Eodem.

Ladislaus Rex ab Sigismundo Vngariæ et Erico
Daciæ Regibus solicitatus vt sponsaliorum infirmi;
geret fidem, ante Friderico Marchioni Brande;
burgen datam, omnem eam rem ad Alexandrum
Withaudum reijcit. Anno domini 1422.
Ladislaus Regibus cum summis muneribus a se di;
missis, quinque Millium auxilia con Bohemos Si;
gismundo mittit. Anno domini 1424.
Legatis Bohemorum auxilia petentibus hostem
se fore profitetur Ladislaus Rex, si in cepta hæresi
persisterent: Sacerdos hæreticus bohemus, ex sug;
gesto deiectus in carcerem conijcitur. Eod.
Legati Sigismundi Romanorum et Vngariæ Regis, Eri;
ci Daciæ Regis, Wladislai Poloniæ Regis, ad Ale;
xandrum Witaudum Mag. Ducem Lith. fuerunt. Eod.

Alexander Witaudus reiecto vnso in aliud tempus, Legatos Regum dimittit. Anno domini 1424.

Procopius Sacerdos obsidiom Luthembergij Oppidi Morauiae irritam facit, comeatus importatione crebra Anseam Oppidum Zÿssha capit, caeso Friderici Marchionis Exercitu, Pragenses profligat: Ruthnam capit, Pragam obsidet: Postremo turpissimis Conditionibus Imperatoreque indignis Sigismundo reconciliatus, infectus aura pestilenti moritur. Anno Eodem.

Coributho cum colluuie Polonorum inscio Rege suo in Bohemiam ingresso Ladislaus suspitionem purgaturus quinque Millia Militum Sigismundo promissa mittit, qui Holomunciam non admissi in Poloniam redeunt. Anno Eodem.

Ladislaus filium primum suscipit ex Zofia. Anno
domini 1424.
Lublinen. Diocesis ne ab Eccla Cracouien. abstra-
cta Chelmen. adiungatur, Sbigneus Epus Crac.
grauiter oppugnat contra Regem et Epum Chel-
mensem. Anno Eodem.
Ladislaus primo filio suo baptisato Cracouia Calis-
siam discedit, pestilentiae auram fugiens, ibique
Ericum Daciae Regem Hierosolima redeuntem
excipit, et tractat honestissime. Eodem.
Regis Ladislai filium pro Rege se habituros Polo-
ni scripto testantur, si Rex libertates quasdam sibi
promissas confirmet. Anno 1425.
Clauus unus ex his qui Sacratissimo Corpori in
Passione Domini nri Iesu Chri erat infixi, Wladi-

slao Poloniæ Regi et Consorti suæ Sophiæ Reginæ per Latinum Ipsum Hostien Cardinalem de Vrsinis vulgariter nuncupatum transmissus et Cracoviam allatus, omnium Processionum Vrbis Cracovien honore susceptus est, ac Ecclesiæ Cathedrali Cracovien per Regem donatus sempiterno memoriali. Anno domini 1 4 2 5.

Contributio quinque Militum consignata per Papam in Clero Polonico Regi Ladislao negatur, ac de Rebellione Ducis Masoviæ consultatur. Anno eodem.

Dimisso Concilio interposita causa valetudinis, Semovitus Sandomiriæ adesse mittetur: de Molendino Lubicz Magro Prussiæ restituen Alexander cum Proceribus Regni agit. Anno eodem.

Summus

Summus Pontifex Martinus quintus donationes, In-
scriptiones, in Ciuitatibus, Oppidis, Villis caeterisq;
introitibus Archiepiscopo Leopolien. dat in Mandatis,
vt lris, donationibus, et Inscriptionibus Regijs non ob-
stantibus Regnum Poloniae reintegret, decernatq;
Regem ad obseruation donationes Inscriptionesq; bonorum
per eum factas non teneri. Anno 1425.

Ad Mgrum Prussiae Legati mittuntur, ne Molendinu
Lubicz foederis icti memor, caperet. Anno eod.

Ladislao Rege fidem datam de libertatibus et Iu-
ribus confirmandis, non exsoluente, Sbigneus lras
suae fidei commissas de Succore Regni, in Concione
reddit. Quas acceptas Senatus inspectan Rege
frequentibus gladijs minutim concidit. Anno
domini 1425.

Ladislaus secundum filium Casimirum ex Sophia susceptum baptisat solenniter. Anno 1 4 2 5.

Auxilia quinque Millium contra Turcas á Ladislao Sigismundo frustra missa redeunt: Et qui Polonorum ob non datis pro singulis hastis quinque Marcas misere, rata non fecerunt, carcere et publicatis bonis mulctantur. Anno eodem.

Varia ferrarum genera et Polonorum varijs Ordinibus ex extraneis Principibus, ex venatione sua Ladislaus Rex mittit. Anno eodem

Archiepiscopus Gnesnensis speciali authoritate Papae omnes suas Dioceses visitans, á Wratislaviensi contemnitur. Anno eodem.

Casimirus Vladislao Regi moritur, Witaudus Josphiam Reginam suspectam habens, Comitia obtinet. Anno eodem

Zophia Regina de adulterio suspecta fit. Anno domini 1425.

Zophiae edito tertio filio, Sacramenti purgatio de suspitione adulterij indicitur. Anno 1425.

Joannes Szafraniecz Epus Wratislavien creatur:

Hussitae oppidum Golperg exurunt. Anno eod.

Germani Electores collecto ingenti Exercitu in Bohemiam ingrediuntur, sed vix in primo acie hostem conspicati, terrore perculsi repente diffugiunt. Eod.

Bohemi Silesiam depopulantur. Anno eodem.

Castrum Golubiecz à Turcis captum duodecem Millibus Militum Sigismundus Rex oppugnat, sed Turcis cum Exercitu auxilio suis venientibus, Exercitum in Transylvaniam caesis quibusdam reducit. Anno Eod.

Duces Masouiæ Regi Poloniæ pro Tribunali sedenti fide-
litatem iurant Szandomiriæ. Anno 1426.
Miroslao Episcopo Posnamien Roma mortuo, Stanisla-
us Ciolek succedit in Episcopatum. Eodem.
Ad preces Sigismundi fraude plenas, Conuentus in Lucz-
ko indicitur. Anno Eodem.
Misnen maxima Clade atque funeribus suorum a Bo-
hemis victoribus afficiuntur. Anno Eod.
Witaudus Dux Lithuaniæ difficilimis itineribus tra-
ducto Exercitu, Nouogrodenses terret, et ad pacem
magnis muneribus impetratam cogit, et saluum Exer-
citum suum domum reducit. Anno Eodem.
Sigismundus Vngariæ Rex quod neque contra Wala-
chos bellum excitare poterat, neque Polonos iuste ac-
cusare ob non missa auxilia contra Turcas persuadet

Withaudo, ut se Regem Lithuaniae creari patiatur. Anno domini 1426.

Consiliarij Poloniae Lucsko descendentem Regi ut id faciat persuadent, Sigismundo et Vithaudo illic relicto Bohemi Silesiam vastant. Withaudus inuito Rege Poloniae ac Senatu, Coronam se a Sigismundo accepturum denunciat. Anno eodem.

Romanus Pontifex Ladislaum et Withaudum ut bellum Bohemis faciant hortatur. Anno eod.

Withaudus a Legatis Polonicis flecti non potest, quo minus ad Sigismundum Regem Romanorum pro Regio nomine mittat. Anno eod.

Poloni Sigismundum ceu hostem cauentes Coronationem Withaudi impediendam omnino constituunt: Silesia tota ferè miserè vastatur. Anno eod.

Insigne Regni Craco mittitur Withaudo ab Sigismundo.
Item Witaudi cum Legatis Poloniae iam domum re-
deuntibus colloquium. Anno domini 1 4 2 6.
Pontifex Romanus Coronationem Withaudi literis
ad Sigismundum scriptis prohibet. Anno Eod.
Literae Woladislai Regis quibus omnium Ordinum
in Regno Poloniae iura et Priuilegia confirmantur, in
Generali Conuentione Iedlna habita. Anno 1 4 3 0.
Literis Witaudi acceptis Legati ad eum rursus mit-
tuntur, qui eum nouantem res corriperent. Eod.
Poloni Sacrilegi qui templum Beatissimae Mariae
Virginis Czestochouiae Sacrum spoliauerunt, partim
Capitali supplicio afficiuntur, partim diuina ultio-
ne intra annum pereunt. Anno Eod:
Ioannes Czarnkowski Legatos Sigismundi Regis

Corona et literis ad Vitaudum missis spoliat. Anno domini 1430.

Ladislai in Lithuaniam aduentu Witaudus animum Coronationis deponit. Anno eodem.

Legati Principum Slesiae Sigismundi iactantiam et verba sceleris plena apud Ladislaum referunt, Anno eodem.

Alexander Witaudus inexpugnabilem Sbignei animum cernens, et vexatus graui morbo, tandem animum regnandi aegre deponit. Sbigneus, Semouitus, et Wladislaus Vicecancellarius Regni moriturо Witaudo in Poloniam ablegantur, ne Regis Cogitationes de Successore Lucis impedirent. Anno eodem.

Ladislaum Wilna discedentem Witaudus prosequutus, grauiore morbo corripitur, cum Suidrigelo

multum insolentiae accessit. Anno domini 1430.

Suidrigelo Regi et Polonis carceres et vincula mini;
tanti, literae consolatoriae ab Romano Pontifice La;
dislao adferuntur. Anno eodem.

Ejectione Lithuanorum ex Kamieniecz caeterisque Rus;
siae castris Suidrigeli furor augetur in Regem et
Polonos minime timidos aut perterritos novis rebus.
Anno eodem.

Praecipiti Ladislai consilio de restituen[do] Podoliae Ca;
stris inuito suo Senatu prudenti sed audaci facto
Andreae Thecznski et Nicolai Brzewicki osti;
nie occurritur. Anno eodem.

Cum Poloni de exercitu contrahen[do] consultarent
ad liberam suum Regem, et Legati eo nomine ad Sui;
drigelum missi Warschouiae consisterent, literae

de sua liberatione á Rege proferuntur. Anno Do-
mini 1430.
Legatus Regis Ladislai ab ipso Duce Suidrigello
collaphis mistigitur. Anno eod.
Joannes Strasch quod Sophiam Reginam adulterij diffamasset accusatur, et quamuis Sacramentum praestitisset, tamen in Carcerem iussu Regis coniec-
tus, fene vapore et fumo extinguitur. 1431.
Dum Legati Bohemorum fidem publicam peterent
ad Regem Ladislaum venien. latronum manus Sa-
crilega Sigismundo Coributh Duce in Bohemia per-
duct. Monasterium Carthusien. Vallis S. Anto-
nij expilat. Anno eod.
Doctores Cracouien. coram Rege et Senatu cum
Bohemis frustra disputant, nam ne pertinaces Sa-

m. —

cris interessent Cracouiae, Casimiriam eycuintur: At Sigismundus Coributus Sbigneo et Suo Stato prosterea minitans Cracouia una cum Legat. Bohemorum discedit, mox insidiat. suae poenas accipit. Anno domini 1431.

Nuntijs Suidrigeli et Magri Prussiae excussis, suum etiam Ladislaus ad Suidrigelum mittit, quem is contumelia affectum in vincula conijcit. Eod.

Electu habito Luccam con Suidrigelum fratrem Ladislaus ducit Exercitum. Anno Eod.

Ladislaus traducto Bug fluuio, Ruthenorumque ac Tartarorum copijs profligatis, Suidrigelo conditiones pacis offert, quibus spretis Oppidum Wlodimirum cum vicinis sylvis capit, et donat Nepoti suo Feduscomi. Anno Eodem.

Sacramento Eucharistiae Exercitu procurato, et vice omnibus Polonicis copiis Nuntii Regis paulo ante ad Ducem missi et ipsius Ducis ad Castra fuerunt. Anno domini 1431.

Exercitu Polonico per Styrum flumen traducto hostes cum Duce suo Suidrigelo partim diffugiunt, partim caeduntur, partim capiuntur. Eod.

Episcopus Lucen. spoliatur, Bohdanus Castri Luceslio Capitaneus ad Suidrigelum perfugit, Cuius bona donatione Regis obtinet. Anno Eod.

Oppugnatione Castri Luceslio inducias ad pace tractanda Suidrigelo roganti concessere. Eod.

Ratibor proditur, hostis in Terra Chelmen. grassatus a Polonis fugatur et caeditur, Equorum magna lues in Exercitu Polonorum. Anno Eod.

Suidrigelus nullas pacis conditiones admittit, nisi in quibus Cruciferi et Walachi continentur. Quidam Proceres Poloni quod hostibus fauerent, fraudis insimulantur. Anno domini 1431.

Ladislaus ob aetatem per alios gerens bellum capiendae Arcis potestatem datis inducijs admittit. Anno eodem.

Exercitu dimisso, in Polonos et ipsorum Ecclesias Lucensium saeuiunt. Anno eod.

Polonis obsidione soluta Castri Lucensis nondum in Patriam reuersis, Cruciferi ruptis faederibus Regnum Poloniae igne et ferro depopulantur. Eod.

Exercitus Liuonum et Walachorum Regnum Poloniae igne ac ferro vastantes, ab agrestibus Polonis prope ad internitionem occiduntur. Eod.

Germanorum Exercitus subito terrore necdum viso hoste in fugam versus, á Bohemis conciditur et fuga- tur, Castrisque ingenti praeda onustis exuitur. Anno domini 1431.

Ladislaus Dobrinensium et Cuiauien calamita- ti subuenturus, dum sibi bona sua defficerent, bo- na multorum Ecclesiarum per vim accepta distribuit, Quo nomine ab Episcopo Sbigneo acerrime obiur- gatur. Anno eodem.

Heduigis Virgo Ladislai ex Anna filia moriens, ma- gno dolore Polonos afficit. Oppidum Lober á Bohe- mis expugnatur: Kriesborg et Viemsburg frustra oppugnat Conradus. Anno eodem.

Comitia de pace cum Suidrigelo tractandae in Sir- cicio frustra indicuntur. Anno eodem.

Wladislaus primogenitus Jagelonis patris et matris precibus Rex Poloniae post mortem Patris designatur, Item de repellendis hostibus qui in Regnum Poloniae un-dique imminebant consultatur. Anno 1432.

Nuncij Bohemorum haereticorum Sigismundum Co-ributum in Regis Ladislai gratiam reponere conantur sollicitis contra Pruthenos auxilijs, Quibus eo nomine ab Archiepiscopo quidem Gnesnen ac caeteris Episcopis habetur summus honos, Ab Sbigneo vero Sacris inter-dicitur. Anno Eodem.

Sbignej Episcopi Cracovien, nec non Universitatis Cracovien intrepidus et constans animus contra Ladi-slai Regis minas. Anno Eodem.

Cipri Regis legatio apud Poloniae Regem Wladisla-um. Anno Eod.

Sigismundus Starodubski electo Suidrigelo Regis ac

Senatorum Regni Poloniae consensu Ducatum Lithuaniae occupat. Anno domini 1432.

Rex Ladislaus uisa Senatus parte in Lithuaniam missa ad res Lithuanicas ordinan ipse Castrum Oleszko conquirit. Anno Eodem.

Sigismundus Germanus Withaudi praestito Sacramento in certas conditiones et in lras redacto Dux Lithuaniae creatur. Anno Eodem.

Teticonis Ducis Exercitus ex Tartaris Walachis Ruthenis et alijs collectus a Ducibus Wladislaj admodum Marte dubio praelio qz ancipiti fugatur caediturqz. Anno Eodem.

Sigismundus Lithuaniae Dux relata ex Suidrigelo qui in Lithuaniam cum ingenti Exercitu irruperat insignem victoriam Diuae Mariae Templum ponit Eodem

Hussitae saeviunt in Slesitis Anno domini 1432.
Poloni de bello Cruciferis inferen. consultantibus
Legati Concilij Basilien. adveniunt, et legatos
ad Concilium mitti peten., et bellum iam iam
erumpens sopituri. Anno domini 1433.
Bellum contra Pruthenos decernitur. Eod.
Hussitae stipendium depostulantur. Eod.
Neptis Wladislai Boguslao Duci Stolpen. nubet
Hussitarum auxilia, res, copiae, in novam Marchiam
a Polonis deducuntur. Anno Eod.
Poloni a Cruciferis toties ludificati, maxima
clade novam Marchiam duodecim Civitatibus
castris afficiunt. Anno Eod.
Livones incautos invadit Sigismundus Dux.
Anno Eodem.

Castrum

Castrum Luczko Poloni ammittunt, Terram autem Chelmen. tutantur a praeda hostium. Anno domini 1433

Sene Wladislao in Korin manen. Nicolaus de Michalow Castellanus et Capitaneus Cracovien. Consilio totius Senatus Exercitui Imperator prae-ficitur. Anno eodem.

Exercitus Polonicus iunctis auxiliaribus copiis Pomeraniam ingreditur, et Chonicza obsidet. Anno eodem.

Poloni expugnatione Chonicze non succeden. obsidionem soluunt, et motis inde Castris, primum Monasterium Polplin, deinde Oppidum Schwio natura et arte munit., fortuna magis quam

virtute diripiunt et incendunt. Anno 1433.

Priuata quorundam Polonorum crudelitas in casti; uos commissa ignoratione Imperatoris, summa huma; nitate ipsius Ducis compensatur. Anno Eod.

Polonicus Exercitus ad Oceanum Sarmaticum ab Gedano reducitur infecta re. Anno Eod.

Castrum Jasiemiecz dum vtrinque de pace consul; tatur, priuato consilio diripitur atque incenditur. Anno Eodem.

Cruciferi expugnationem Castri Jasiemiecz mo; leste feren pacem accelerant, qua facta Exercit. Polonicus victor dimittitur. Anno Eod.

Wladislaus externa auxilia ornat plurimis mu; neribus, Astrologi cuiusd. Nuntium hareticum de motis orbitris audit, Quamobrem à Sbigneo

obiurgatus Nuncium haereticum quam primu͂ re-
mittit ad suos. Anno domini 1 4 3 3.

Alexandro Palatino Walachiae mortuo Helias
maior natu fratre Stephano eiecto et cuius m͂re
submersa in Imperio succedit, sed mox sorte co͂-
mutata victus ab Stephano in Poloniam eijcitur,
vbi primum Offidis et Villis honoratur, post vin-
culis. Anno Eodem.

Poloni de integro con͂ Pruthenos parat bellu͂, sed
Cruciferi hoc audito per Nuncios suos in duo-
decim annos obtinent inducias. Eodem.

Sigismundus in Kassata Coronatur, o͂ibus modis
in Co͂cilio Basilien͂ laborat, ne Eugenius depone-
retur, Woladislaus Romae et Basileae frustra ac-
cusat. Eod

Suidrigellus rursus Lithuaniam vastat, et Tartaros contra Lithuaniam illectos in vastationem Terrae Kijovien. et Czermiciovien. imprudens convertit. Anno domini 1433.

Feidlus Podoliam vastans Theodoricum Buciacky Castum Camionacen. ex insidiis comprehensum Suidrigelo mittit, qui deinde Magro Livoniae donatus, pro Marschalco Livoniae Castro commutatur. Anno eodem.

Wladislaus Sigismundo in Ducatu Lithuaniae commutato, ex Lithuania in Poloniam revertitur. Anno eodem.

Sbigneus Cracovien. Epus antequam ad Concilium Basilien. legatus cum aliis abiret, Wladislaum Regem graviter et libere reprehensum ad la:

chrymas usq; cogit, Fridericus Dux transfuga ex Bohemia rediens, a Polonis funditur fugaturq;.

Anno domini 1 4 3 3.

Wladislaus Jagelo Poloniæ Rex in Grodek, Alexandra vo Germona eius in Ploczko moriuntur.

Anno Eodem.

Omnes Reipublicæ Polonæ Ordines, Officiatim Vicatimq; funus Wladislai Regis Cracouiam deducturum prosequuntur: Legati ad Concilium Basiliense discessuri reuocantur. Anno Eod.

Sbigneus cum Proceribus Maioris Poloniæ, consilio de statu Regni habito, diem SS. Petri et Pauli Coronationi Regi Ladislao designat Proceribus Minoris Poloniæ, quod eis inconsultis hæc fierent, nonnihil commotis. Anno Eod.

Wladislao sepulto et die futurae Coronationis Regis condicta, Territorium Slacocovien vastatur. Anno domini 1433.

Herslaus Pronepos Alberti Archiepiscopi Gnesnen Thesaurum quadragin Millium Marcarum in Orselecs ab Auo suo sabulo contectum invenit et turpiter ac prodige omnem perdit. Eodem.

Conventionem Opathoviae indicta Senatu inconsulto ab his qui novam rebus studebant, Sbigneus prudentia sua dissoluit, et populi omnes ad Regis Coronationem inclinant. Eodem.

Legationes quae ad Coronationem convenerant audiuntur, quaestio de inspedien Coronatione in Senatum iniecta deciditur. Anno Eodem.

M3

Wladislaus in Regem Poloniae Coronatus tribus Pro;
ceribus nec quicquam resistentibus in Ciuitatem
Cracouien. ex Arce sua deducitur, vbi orta inter
Pontifices et Duces Masa. Controuersia de lo;
co insinuam a Ciuibus non exegit. 1433.

Wladislao Rege impubere, Prouisores Regni singu;
lis Terris assignantur singuli, Terrae aut Cra;
couien. duo. Anno Eod.

Nobilitas Russiae et Podoliae, easdem libertates
ac Priuilegia impetrat, quae in Polonia habentur.
Anno Eodem.

Authores persecutionis in Clerum ac bona Eccla.
poena mortis Summitus permissa plectuntur. An;
no Eodem.

Legati idonei ab Rege et Proceribus Regni ad Si-
gismundum Imperatorem missi, Qui Regi suo Au-
striae Ducis filiam in matrimonium peterent, rede-
unt suspensa re: Item alij Legati Basileã ad
Concilium mittuntur, vbi fama de morte Regis
confirmata uisa eidem peragitur. 1433.

Livonibus qui Samogitiam vastarunt maxima
clade propemodum ad internecionem affectis, Cru-
ciferi qui pacem paulo ante varijs tergiversatio-
nibus renuere videbantur, vltro eam a Polo-
nis petunt. Anno Eod.

Poloni et Slesitae damna vtrinque data, Conuen-
tione inducta componunt. Anno 1434.

Bohemi accepto malo, Gubernatorem Regni

tandem creant, ac eo duce Thaboritas caedunt fugantque, Captiuos vero in horrea inclusos incen-dunt. Anno domini 1 4 2 4.

Imperatore Rege Wladislao Signitatis tollen causa ascensus Ordinem atque opstionis ino confir-matur. Anno domini 1 4 3 5.

Electionis Ordinariae Episcoporum forma abroga-tio per nominatiom quandam et vim. Eodem.

Altercationes Procerum cum Episcopis pro decimis in Petricouien synodo. Anno Eodem.

Exercitum Boleslai Suidrigelo numerosum ex Ruthenis, Pruthenis, et Liuonibus collectum Po-loni et Lithuani fugant caeduntque, Ubi Magister Liuonum occiditur, et Sigismundus Coribut captus interit. Eodem.

Sigismundus agit apud Wladislaum de pace, inter Suidrigelum et Ducem Lithuaniae Sigismundum com-ponenda. Anno domini 1435.

Pax perpetua cum Cruciferis non sine negotio firmatur. Anno eodem.

Latrunculi Slesitae Poloniam vastant, sed non si-ne Slesiae incommodo: Oppidum Niemsch Wra-tislauien demoliuntur. Anno eod.

Facta pax cum Cruciferis utriusque partis Sacra-mento confirmatur. Anno eod.

Ungari in Conuentione oppidi Kesmarck Scepusi-um a Polonis non data peccunia frustra repetunt. Anno eodem.

Petrus Odrowasch Archiepatum Leopolien impetrat, ordinaria electione iterum violata. Eod.

Helia et Stephano fratribus reducti in gratiam, di-
visaque aequis partibus inter eos Walachia, Helias
Regi Wladislao, solemni facto Leopoli fidelitatis
iureiurando, et annuo tributo cosignato, Cuius
exemplo Stephanus obedientiam quam prius
eludere videbatur etiam promittit, sed ab Re-
ge atque Proceribus non admittitur. 1435.

Alberto Iastrzebieco mortuo de Archiepatu con-
tenditur dum Proceres Regni ambitione quadam
Electionem legitimam nituntur opprimere. Eoque
Legatis Regni Poloniae praesentibus dum et Sigismundo
Imperatore Uxorem Regi suo frustra petunt, Bohe-
mia in ditionem Regis Sigismundi venit, sed haeresi
ac erroribus plurimis confirmat. Anno eodem.

Moneta Polonica et adulterina minutior crescit negligentia Tutoris Regis, Suidrigelus et per Nun-cios et coram ambit gratiam Regis: Boleslaus Opo-liensis Dux moritur. Anno domini 1435.

Suidrigelus Luczko tradita Polonis Regis ac Procerum animos in se inclinat, sed tamen non recipitur in gratiam, quod per foedera cum Duce Lithuaniae facta sacramentoque firmata non liceret. Eod.

Spitko de Melsztin Husiana haeresi infectus, qui districtum Wschowien. Episcopi Cracovien. diripuis-set, mandato Regis citatur, et cum Episcopo com-ponit. Anno domini 1438.

Dersławus de Rythwiany Oppidum Zathor capit et spoliat, sed tandem insperato hostium adventu omni praeda exutus, Wladislao Regi illud

tradit, is vero Wenceslao restituit, ut esset feudalis Polonus. Anno domini 1438.

= Sigismundo Imperatore mortuo, Albertus Austriae Dux in Regnum et Imperium succedit. Eod.

Casimirus ad regimen Bohemiae mittitur, mini: ta parte Senatus prudentiore ac Sbigneo, ab una parte Bohemorum electus, nam altera Alberto Regnum detulit. Anno Eod.

Albertus accepto a Wladislao tristi nuncio in Bohemiam accurrens Coronatur, Casimirus aut. cum Polonis et Bohemis cum Exercitu procedit Pragam versus. Anno Eod.

Alberti Imperatoris superba legatio ad Proceres Exercitus Polonici, Eorumq. modesta missio. Eod.

Castra sua ad Thabor posita utrinque Exercitus co;
munit et factis utrinque levibus praelijs alter in
Thabor proximum Oppidum ob difficultates co;
meatus ingreditur. Anno domini 1438.

Wladislaus accepto Nuncio de hostium disces;
su, et ipse regreditur, et alium Exercitum revo;
cat ex Slesia. Anno Eodem.

Poloni iniquitate loci a Tartaris spolijs victi,
afficiuntur magna et memorabili Clade. An;
no Eodem.

Barbara Regina ex Ungaria pulsa in Poloniam
venit. Anno Eodem.

Adulterina moneta Regnum Poloniae summo pe;
re afficit. Anno Eodem.

Castrum et Terra Lucen. ex foedere inito Duci Li-
thuaniae redditur. Anno domini 1438.

Nuncius et lris Eugenii Papae et Patrum Concilii
Basilien. acceptis, Legati Wratislauiam mittu-
tur a Polonis pro pace inter se et Albertu Im-
peratorem de Bohemico Regno componenda.
Anno Eodem.

Imperator Albertus et Legati Regis Poloniae Co-
mitiis in aliud tempus locumque reiectis, Wrati-
slauia infecta pace redeunt, Comes Vlricus Re-
gnum Bohemiae affectans ex Bohemia in Au-
striam venit. Anno Eodem.

Spytco propter Bohemicam haeresim seditionem
ac vim faciens collecto Exercitu interficitur,

Eandemq; ob causam Abraham de Zbasijn ana;
themate feritur, et á Pomamen Episcopo Oppi;
dum Zbasijn obsidetur, ac quinq; Sacerdotes hae;
retici cremantur. Anno domini 1 4 3 8.

Conuentio pro personali Conuentione Alberti Im;
peratoris et Wladislai Poloniae Regis indicitur.
Anno eodem.

Concilium Basilien. Eugenium Pontificia dele;
mouit. Ex Graecis unitis Ecclae Cardinales
Bessarion Nicenus et Isidorus Ruthenus creen;
tur. Anno domini 1 4 3 9.

Turcae Sundeuouiam capiunt: Albertus Impera;
tor dissenteria moritur. Anno eodem.

Alberto mortuo de Wladislao Poloniae Rege in
Regem Vngariae assumen. consultatur. Eod.

Wladislaus

Wladislaus Rex Poloniae Regnum Vngariae sponte oblatum sentē Turcorum Nuncio qui foederis causa venerat, aegre persuasus suscipit. Anno domini 1440.

Dum Elisabetha duos suosq Nunciorum qd causa legationis venirent in Carceres conjceret Legati Regis Poloniae exterriti cum muneribus a suo Rege missi reuertuntur. Anno eod.

Sigismundus Lithuae Dux a suis quod in eos crudelissime saeuiret occiditur, et Lithuani Proceres in diuersa studia scinduntur: Suidrigelus Lucoslio, Boleslaus Masoe Dux Dobriniam, Mielnili, Bielslio, Drohicsijn occupat. Eodem.

Dubius Wladislaus eo declinat animu vt Casimiro

fratri in Lithuaniam misso, ipse coeptum iter in
Ungariam perficeret. Anno dni 1 4 4 0.

Acerba lues propter magnitudinem hyemis. An;
no eodem.

Unionem Graecorum cum latinis Isidorus Ru;
thenus apud Moschouitas denuncians in car;
cerem conijcitur. Anno eodem.

Wladislaus cum splendido et magnifico appara;
tu in Ungariam ingreditur. Anno eod.

Elisabetha primum mandat ne Wladislaum
Kesmarkum iam ingressum caeterae Ciuitates
admitterent. Deinde Coronam portis effractis
vi aufert ex Wischegrad, Oseriasch vi capi;
tur: Nuntij ab Lithuanis ad Regem veniunt.
Eodem.

Dubius Wladislai animus ad perficiendum cęptum
in Ungariam iter impeditur. Anno 1440.

Wladislaus relicto Kesmarcj Nicolao de Pe-
ren Ungaro, venit Szubinowo, ubi Amadej Pon-
tificis designati in locum Eugenij Nuncio accepto
et posthac remisso, in Oseriasch deinde in Wi-
sloh venit, ubi Secretarium suum aquis suffoca-
tum dum iuuat, falconem nantem amittit.
Anno eodem.

Buda iussu Wladislai occupatur, quidam Eques
Wladislai Electionem perstringens conuicitur
a Militibus, et una cū Equo confossus diseca-
tur. Anno eodem.

Wladislaus infans Wladislao Poloniae Rege in

Agria agente in Regem Ungariae Coronatur. Anno domini 1440.

Wladislaus primum ab Laurentio Palatino prohibitus, mox cum summa omnium expectatione et pompa Budam ingreditur. Anno Eodem.

Ad Wladislaum undique concurritur, etiam hi qui infanti Ladislao adhaeserant. Eodem.

Capto Comite Ciliae Friderico a Polonis, et in vincula coniecto, Iaurinum obsidione solvitur. Anno Eodem.

Wladislao summo omnium consensu in Regem confirmato, fidelitatis praestatur Sacramentum. Anno Eodem.

Dies Coronationis Wladislai, Corona Regis Stephani

designatur: Ladislaus item Bauus ob suspitionem
ob suspitionem quod ipso authore Elisabetha
Coronam Regni sustulisset, in Carcerem iussu Pro-
cerum coniectus, precatore Rege Wladislao di-
mittitur. Anno domini 1 4 4 0.

Wladislaus in Regem Vngariae in alba Rega-
li Coronatur. Anno Eodem.

Elisabethae Reginae lachrimae, conquestiones et
fuga Posoniae in Austriam: Confirmatio Pri-
uilegiorum Regni Vngariae et Sacramentu fi-
delitatis iterum praestatur Regi. Eodem.

Alba Regali à Turcis obsessa tribus Mensibus
Legatus ad Turcarum Caesarem à Wladislao
mittitur, qua exact tribus Mensib. obsidione Turcae
soluunt. Eod.

Sbigneus in Poloniam rediens pene ab Officialibus Kiewicum Polonorum ulciscentibus occiditur, auxilium Wladislao Regi per Polonos decernitur, nummis collatis etiam per Nobiles. 1440.

Casimirus Magnus Dux Lithuae inuitis Polonis designatur, Proli per vim capitur, Czartoriski fide accepta, in potestate Casimiri sese futurum promittit. Anno eodem.

Dux Czartoriski fide accepta se Casimiro purgans de caede Ducis Lithuae, plurimis eum de pessimis criminibus accusans in gratiam Casimiri ponitur. Odium Lithuanorum in Polonos. Eodem.

Lubrica Ungarorum fides, bellum Ciuile in Ungaria excitat, quo Wladislaus Rex superior, vincit hostes fidefragos. Anno eodem.

Auxilia Wladislao Regi ex Polonia mittuntur. Anno domini 1440.

Ioannes de Huniad Capitaneus Transyluaniae ex Turcis praeclaras victorias saepe refert. Anno Eodem.

Bohemi in Regni sui oblatione à Bauaro et Imperatore Friderico spreti Gubernatores eligunt. Anno Eodem.

Ptocsbione mortuo Hussita Duce Posdnicbrato. Pragam incendunt et Melimordum carceri inclusum enecant. Anno Eodem.

Wladislaus Ciuitatibus in finibus Ungariae bello recuperatis Exercitum dimittit spe pacis cum Regina Elisabeta. Anno Eodem.

Pestilens aura Budam acerbe premit et vexat
Rege Wladislao intrepidi animo fere in medijs cada-
ueribus habitante. Anno domini 1440.

Soli Cremnicen ex moneta sua nomen et arma
Regis Wladislaj reijciunt. Anno eodem.

Cassouia iam iam se deditura obsidione solui-
tur, propter Ungarorum insolentiam. Eod.

Kesmarkum Bohemi vi castrum occupat eiecto
Wladislai praesidio, ex Polonia ad Wladislaum
Budam auxilia perueniunt. Anno eod.

Castrum Posonij ab Elisabeta obsessum Andre-
as de Schenczyn omni periculo liberat. Eod.

Poloni et Lithuani ex Parczouien Conuentione
re infecta discedunt. Anno eodem.

Czaika et Komorowski agen praedas ex Osteriasch
non modo ipsi in potestatem Giskrae veniunt,
sed in eandem etiam calamitatem Castra Bro;
zowicae secum trahunt. Anno 1440.

Joannes Giskra Richnaua deditione capit,
ac cum Simone Epo Agrien, qui tardius Offi;
dianis auxilio venerat, pacem et affinitatem
iungit: Captiuis praeter Polonos utrinq; red;
ditis. Anno eodem.

Ab utroq; Romano Pontifice Legati ad Fride;
ricum Romanor. et Wladislaum Vngariae Re;
gem mittuntur, qui eos ad suas partes pertra;
herent. Anno eodem.

Pax inter Elisabetam et Wladislaum Regem

certis conditionibus confecta morte Reginæ subi-
to dissoluitur. Anno domini 1440.

Turcus pacem Vngaris affert cum conditione
aut albæ Regalis dandæ aut tributi dandi.
Anno domini 1441.

Vngaria Expeditionem con. Turcas decernit.
Anno eodem.

Victoria ex Turcis relata Wladislaus Rex
Budam reuertitur, propter difficultatem co-
meatus et languores Militum. 1443.

Inuidia maleuolorum celebrem Wladislai vi-
ctoriam perstringit. Anno eod.

Terræ ingens concussio in Polonia, Vngaria, et
Bohemia. Anno eod.

Wladislaus hinc Polonorum Gratibus, ut in priorem

rediret, illum Ungarorum alacritate et exhor-
tatione ad bellum Turcis facien fatigatus, ani-
mum tamen in Expeditionem contra Turcas in-
clinat. Anno domini 1.4.4.4.
Ladislaus in Poloniam reditum parans bello
Turcico retinetur. Dux Opolien Mercatores
Cracovien plurimis mercibus exuit Oppido Cruc-
berg castro. Anno eodem.
Despotus et Huniad pacem cum Turcarum Cae-
sare Wladislao Rege inconsulto et aspernante
bellum conficiunt. Anno eod.
Legatis Turcarum Rasciae restitutionem et partis Al-
maniae in octo diebus promittentibus pax in
decennium firmatur. Eod.
Facta cum Turcis pace ab Regibus et Principibus

Christianis ad Wladislaum Nuntij cum literis peruenirunt. Anno domini 1444.

Federicum Turcis fact non sine Sacramento so, lut Wladislaus Rex expeditionem in Turcas Sacramento firmat in certum diem indicit. Anno eodem.

Wladislao con Turcas ducente Exercitu Polonia intestino bello occupata. Tandem certe con, ditionibus inter Casimirum et Boleslaum componit sed dubium. Anno eodem.

Wladislaus ducens Exercitum con Turcas la, chrimas fundit conscientia fracta fidei et mi, nore suo Exercitu quam sperauet, et dimissis Po, lonorum auxilijs perculsus. Eodem.

Ladislaus pleraque Castra Bulgariae et Macedoniae

praeteriens Nicopolim peruenit, ubi ab Vlado Pa-
latino Transalpinae Valachiae copiis ab eo ac-
ceptis cum Duce Vladi filio Exercitum suum
supplet. Anno domini 1444.

Ladislaus ut Christianorum saluti qui erat in
Ciuitatibus hostium prospiceret, et suorum cru-
delitatem retunderet, Mandata per Terras ho-
stiles dimittit, ut cedant Castris, Vmenet Pe-
trecz vi capit. Anno Eodem.

Turcas Maris angustias superasse praesidijs Chri-
stianorum non prohibentibus in Castris Ladislai
nunciatur. Anno Eodem.

Verona et pleraque alia Castra deduntur Wladi-
slao. Anno Eodem.

Exercitus Vngarorum contra Turcas instruitur. Eod.

NB Ungari dubio praelio cum Turcis apud Warnam
diutius confligentes tandem vincuntur dila-
bunturque, relicto suo Rege inter confortissimos
hostes. Anno domini 1444.

Iuliani Cardinalis et Agrien. Episcopi caetero-
rumque fuga et miseranda caedes. Eodem.

NB Ladislaus Rex strenue cum hoste pugnans in-
terijt incerto fine mortis et hactenus etiam in-
cognito. Anno eodem.

Morte Ladislai ingens luctus Pannonijs, ac pro-
pemodum omnibus Christianorum Regnis exci-
tatur. Anno Eodem.

Legati Ungarorum ad Fridericum missi ut La-
dislaum in Regem postularent, re infecta redeunt
in Patriam. Ioannes de Huniad Turcorum viribus

inferiora cedit. Anno domini 1 4 4 5.

Ut animum Casimiri dubium ad Regnum Poloniae accipiendum impellant, Primarii a Reipub. viri Legationis nomine in Lithuaniam mittuntur. Anno Eodem.

Legati ad Casimirum pervenientes, legationem ei Regni Poloniae nomine referunt. Anno Eodem.

Casimirus deliberationem suam de Regno acceptationem in futura Comitia reijcit. Anno Eodem.

Senatores Regni Poloniae legatione ac responso Casimiri audito ira perciti ex contemptione semper petiti Regis ad Electionem alterius Regis procedunt, sed rebus in animis suis diligenter expensis, iterum ad Casimirum Legatos mittunt 1 4 4 6.

Legati Polonorum accepto tristi responso ex Lithuania

in Poloniam redeunt. Anno domini 1446.

Casimiro praefacto in acceptan. Regno Poloniae Bo-
leslaus Masouiae Dux in Conuentione Petrico-
uien. Rex designatur. Anno Eodem.

Timor Casimiri Ducis et solicitudo ingens ob
designatum Regem mutationisq. animi sui se-
creta enunciatio Magri ac quibusdam Sena-
toribus Regni. Anno Eodem.

Rursus mutatis Senatorum animis Casimirus
ad Regnum Poloniae accersitur. Eod.

Casimirus incertus animi in Regno suscipien. Par-
czouien. Synodum Rasciam secum abducit il-
lic de suma rej consultaturus. Eodem.

Casimirus ut ab Regno Poloniae Podoliā Lucslio
Olesnogi auelleret, in suscipien. Regno difficile se probet,

Quo tandem

Quo tandem aegre assumpto duos Pagos Lomany et
Polubicze Regno ablatas Lithuanis addit. An-
no domini 1446.

Ungari a Friderico armis repetunt suum Regem.
Coniuratio Lithuanorum in Casimiru[m] annunciatur.
Coniuratique plectuntur. Anno Eodem.

Casimirus ad accepturum Regnum Cracouiam aduenit,
venerunt item duo Masouiae Duces, duo-
bus Millibus Equitum comitati. Eodem.

Episcoporum cum Ducibus Masouiae de loco con-
tencio, Casimirus Monasterium Tynecen. et
ad pensionem insolitam prioribus capitis cogit.
Anno Eodem.

Casimirus a Nicolao quinto Pontifice Romano

cui obedientiam schismatis tempore praestitit tria
petit. Anno domini 1446.
Michael filius Ducis Magni Lithuae Sigis-
mundi misere interfecti praecatur frustra ve-
niam a Rege: Posnania in adventu Regis Ca-
simiri tota conflagrata. Anno eod.
Prima Convencio Petricoviae facta per Casimi-
rum Regem nonnullae leges Reipub: salutares
feruntur. Anno eodem.
Casimirus Rex spretis Polonorum precibus vt
pote in Lithuanos propensior in Lithuania ma-
gnis itineribus pervenit. Anno eod.
Oppidum Bendzin Slesitae diripiunt et succen-
dunt. Anno eodem.

Prædonum extirminum in Regno Poloniæ magna
vis et copia. Anno domini 1 4 4 6.
Joannes de Huniad Vladum Paltum Bissa,
rabiæ una cum filio necat. Petrus Walachiæ
Palatinus Huniadi dolos expertus, Casimiro Re;
gnoque Poloniæ se supplex subijcit. Eod.
Dux Michael principatum Lithuiæ affectans
à quodam Commendatore in sylua compræ;
hensus dimittitur, et fugit primum in Maso;
uiam postea in Slesiam. Anno Eod.
Conclusiones de pace Ecclesiæ Lugduni factæ
Nicolaus quintus Pontifex Romanus approbat.
Anno Eod.
Altera Conuentio Gnalis facta per Casimirum

Regem in Lublin in qua de Lithuania cum Regno
Polonicae coniungen disceptatur, ac de proprietate
Terrae Podoliae, aliisque nonnullis districtibus.
Anno domini 1446.
Cum Legatis Polonicis qui ad Pontificem Ro-
manum declarandae obedientiae causa missi
erant, eiusdem Pontificis Legatus in Poloniam
venit, Rosam auream et quasdam bullas Regi
muneris loco ferens. Anno eod.
Legatus Pontificis à Sbigneo Episcopo Cracouien
cum suo Clero, Ciuibus item Cracouien pra-
ter Uniuersitatem, quod Eugenium Papam
non agnosceret, cum summo honore excipitur. An-
no eod.
Casimiro in Russiam iter facien, mors Romani

Palatini Moldauiæ nunciatur in Templo Sandomirien. et signum Crucis et Clerici homines ictu fulminis afflantur. Anno domini 1446.

Ad Casimirum delectum Militum habentem pro retinen. Moldauia Maria Coniunx Heliæ defuncti comitat. Lucentis Equis venit Leopolim. Anno eodem.

Petrus Palatinus Moldauiæ Regi Casimiro obedientiam promittit, quo facto Dux Michael ex Moldauia eiectus ad Tartaros fugit. Eodem Casimiro rebus Lithuanicis occupato Scithæ in Podoliam irrumpunt. Anno Eodem.

Wladislaus Episcopus Wladislauien. variatis Electorum votis, in Archiepiscopum a parte maiori eligitur. Eodem.

Ungari Duce Ioanne Huniado in Terram Turcorum
ingressi Hostiamque maxima clade afficien. a
Turcis victi caeduntur et fugatur, Huniadus
vero captus primum in Turcis mox a Despote Ra-
sciae in vincula conjicitur. Anno 1 4 4 6.
Casimirus Rex receptis Castris quae Michael
auxilio Tartarorum occupaverat, Vilnam re-
vertitur. Anno eodem.
Sbigneo Episcopo Cracovien. Cardinalatus in-
signia a Nicolao quinto Papa per Ioannem
Dlugosz Canonicum Cracovien. adferuntur Cra-
coviam, cum summa omnium Ordinum laetitia
et gaudio. Anno domini 1 4 4 8.
Tertia Conventione Generali Petricovien. primum

ambitione Episcoporum turbata, deinde Rege
circa Polonis non confirmante, rebus plane infe-
ctis disceditur. Anno domini 1448.

Impunitas in Regno Poloniae, Furum et Praedo-
num audaciam nimium auxit. Eodem.

Casimirus contra Bohdanum Terram Moldaviae
iterum occupantem conscribit Exercitum. An-
no domini 1450.

Bernardinus Senensis in Sanctorum Cathalogum
refertur. Anno Eodem.

Poloni ex Walachis fidefragis, maestam et cru-
entam propter sublatos amissos reportant victo-
riam. Anno Eodem.

Tartari absente Nobilitate Ruthena et Podolien-

idoneam occasionem nacti, Russiam et Podolia(m)
magna vastitate et calamitate afficiunt. An-
no domini 1 4 5 0.

Joannes Odrowass Archiepus Leopolien et Ni-
colaus Lasocski Epus Wladislavien moriuntur.
Anno eodem.

Dux Teschinen Castrum Sciewior expugnari co-
natus, in se utramque terram hostem concitavit.
Anno eodem.

Rursus Lithuani de terris Russiae et Podoliae
a Regno Poloniae avellen, inter se publice con-
sultant. Anno domini 1 4 5 1.

In Conventione quarta Petricovien communi
consilio sancitum ut Cardinalis superiorem

locum in Senatu habeat et ne quisquam audeat posthac hunc honorem vel ambire vel suscipere inconsulto Rege ac Senatu. Anno 1451.

Consultatio de inquisitione furum ac praedonum cepta atque habita rursus dissoluitur, dum executionem eius impediunt plurimi, etiam ex Senatu ne scelerum suorum poenas luant. Eodem.

Oscitantia Casimiri Regis in depellendis aut vindicandis subditorum iniurijs. Anno eodem.

Profectio ad Vratislavien mercatus prohibetur ac Normbergen Mercatores Cracovia alijsque Regni Poloniae Urbibus ejiciuntur. Eodem.

Tempestatis validae descriptio. David filius Imperatoris Turcorum Christianus in Ungaria manens

post mortem Omorati Imperium Turcarum ambit.
Anno domini 1 4 5 1.

Duce Suidrigelo agente animum, Casimirus a Polonis et matre admonitus ut Terra Lucense Regno Poloniae restituat, in Parczouien Synodum habent Consultationem abijcit: Valachi contra Bohdanum petunt á Polonis auxilia. Eod.

— Joannes Casistranus Moraviis concionatur, haeresim Hussitarum confutans. Anno Eod.

Rursus Lithuanorum temeritatem insportuna et stultam experiuntur Poloni in Terris Russiae et Podoliae alijsque nonnullis repostea ac cassam fris Jagelonis et Withaudi de Unione Lithuae cum Regno Poloniae. Anno Eod.

Philippi Burgundiae Ducis et Alphonsi Aragonum

Regis nomine, a Casimiro Rege et Magistro Prussiae contra Soldanum petuntur auxilia. Anno domini 1451.

In Polonia pestilenti aura vigente Cracovien. Diocesis paucis exceptis Oppidis immunis erat ab hoc malo, Gratia Iubilej plurimis nummis venditur. Anno eodem.

Bohdanus dolis circumuentus occiditur a Petro Alexander vero ab eodem ipso Petro foederis ob; lito ex Valachia pellitur. Anno eod.

Gubernator Ungariae Joannes Huniadus ab exi; gua manu Giskrae victus, Castris exuitur. Eod.

Poloni de Castro Luczko solliciti Comitia habent et in Luczko speculatum mittunt, vt fidem Luccen

si moreretur Suidrigelus sibi confirmarint. Anno domini 1 4 5 2.

Petro Episcopo Praemysliensi mortuo, Nicolaus quidam Slesita, Senatu et Capitulo reluctante, per Casimirum obtrusus sufficitur. Eodem.

Suidrigelus oblitus foederis et fidei, moriens Castrum Lucsko Lithuanis tradi iubet, Cum quo Michael Dux apud Moschos veneno extinctus Vilnae sepelitur. Anno Eodem.

Castro Lucsko occupato per Lithuanos, Legati ad Regem mittuntur, quibus tandem cognita Regis voluntate in Lithuanos propensa itinere revocatis Conventio Petricoviae indicitur, ut consultetur de occupato Castro. Anno Eodem.

Casimirus omnes indignationis suae aculeos in opti-

num Regni Senatorem et Patrem Patriae Sbygne-
um Cardinalem aliosq; nonnullos Senatores stim-
git, quod improbis suis conatibus fortiter resiste-
rent. Anno domini 1452.

Casimirus quaerens nullas tn inuenit iustas oc-
casiones Sbygnej accusandi. Anno Eod.

Sbigneus Cardinalis, Joannes Thęczinski Palatinus
Cracouien. Joannes Oliesnicski Palatinus
Sandomirien. Casimirum Regem approbante fere
cuncto Senatu libere corripiunt. Eod.

Rege Casimiro Cracouiae legationes externas
audien. Tartari Podoliam magna vastitate
et caedibus afficiunt. Anno Eod.

Cum Casimirus Conuiuijs operam daret, Boleslaus
Opolien. Dux, fracta fide Sbieuioria et Wieluna

clade afficit, quamobrem ad opprimendum hostem au-
xilia mittit, Rex expeditionem Generalem indicit et
Syradiam ad Conventionem properat. Anno
domini 1 4 5 3

Rursus Lithuani Podoliam et Lucsko in porti-
ne in Synodo Syradiensi petentes incorporationem
Regno Poloniae renuunt. Anno Eodem.

Confirmatione Iurium Regni in annum secreto
Regis ac Senatus consilio dilata, et obligatione a
Rege exacta contra Boleslaum Exercitus ducitur,
Qui tandem datis hosti inducijs in annum, pro-
pter auram pestilentem, in Patriam non sine da-
mno suorum rediit; Ioannes Elsieth moritur. Eodem.

Fridericus Romanorum Rex Imperialis Corona gratia
Romam venit, cum sponsa sua Mediolanum relinquens,

vbi Corona secunda Coronari solent Imperatores.

Anno domini 1 4 5 2

Fridericus cum sponsa sua in Imperatorem Romae coronatus, Neapolim inuisit, deinde Romam reuer-sus in Vngariam reuertitur, vbi in noua Ciuitate ob-sessus ab Vngaris, Austriacis et Bohemis, tantisper bello premitur, donec Ladislaum Regem inpuberem adhuc sibi restituit. Anno Eodem.

Casimirus Elisabetha Virginis filiae Alberti Ro-manorum Regis germanae, Ladislai Vngariae Regis nuptias ambit. Anno eodem.

Terra Cracouiensis per fures vicinos depopulatur Cuius mali occasio erat Petrus Szafraniecz. An-no domini 1 4 5 3.

Constantinopolis Rhodus Rhodi ab obsidione Ciuili

bello Turcarum liberatur. Anno dni 1452.

Res Ungarica, Bohemica, et Austriaca compom non possunt per Germanicos Principes Rege La-dislao adhuc in pubere. Aliquot Duces vicini Poloniae moriuntur. Anno Eodem.

Prodigium innocentis hominis a Capitali poena liberati. Anno Eodem.

Terram Lucensem Tartari depopulantur. Anno domini 1453.

Osuiecimia in potestatem Regis traditur. Anno Eodem.

Wladislao Archiepo Gnesnen mortuo, Electio Archiepi alterius variat, Rege Casimiro turbate. Eod.

Tartari in Podoliam irrumpen, exigua Polonorum manu fere oes delentur. Eodem.

Conspiratores

Conspiratores multi Nobiles in Romanum Pontificẽ
et Cardinales pœna Capitis Romæ afficiuntur.
Anno domini 1453.

Rursus Lithuanicam temeritatem stupiditatemq́;
misfortunã in repetẽn quibusdam Terris cernens,
Cardinalis obiurgat Regem superbè Nuntijs Su-
cum Masouiæ ẽndentem. Anno Eod.

Casimirus Pruthenos inter se dissidẽn compositu-
rum se promittit. Anno Eodem.

Rex Casimirus neq; fide Polonorũ sanctè sibi cõ-
sulentium neq; fraudibus ac inobèdientia Lithua-
norum mouetur, quominus magis his quam illis
faueret. Anno Eodem.

Ægrè tandem Casimirus Rex et ferè Decretis san-

ctionibusq; Polonorum coactus iura Regni Polonici omniumq; ciuis Ordinum confirmat non sine iuris iurand. sacramento in Conuentione Petricouien. quae nouem diebus durauit. Anno 1453.

Ioannes Sprowski in Archiepum Gnesnen. consecratur. Anno eodem.

Constantinopoli expugnata et direpta Pera Genuensium Colonia terrore nimio hosti deditur genusq; Turcorum et mores Constantinopolitanorum describuntur. Anno eodem.

Matrimonij Casimiri Regis cum Elisabetha Alberti Romanorum Regis filia, Conclusio per Legatos Ladislai Ungariae et Casimiri Poloniae Regis perficitur et publicatur Wratislauiae. Eod.

Capistranus summa omn. Ordinum laetitia Cra-

vouia excipitur Contionatur, curat infirmos, religio-
nem nova fundat, Sbyneo Monasterium et Tem-
plum Divi Bernardini Sacrum extruente, quod
Joannes Melstinski, summo loco natus adolescens
religionem illam professus ornat. Anno 1451.
Joannes Osuiecimen Dux ab Osuiecimia repulsus
in Castro Wolek restaurato collocat praesidium,
quo Regni Polonici fines turbat, sed a Polonis ad
pacis conditiones compulsus Ducatu Osuiecimen ce-
dit, acceptis emptionis nomine viginti Millibus
latorum grossorum. Anno Eodem.
Ladislaus in Regem Bohemiae Pragae Coronatus
permittit alteram aut utramque speciem Sacramenti
percipere, neque tamen unquam Haereticorum Sacris

interest, quamuis a singulis tertiam Prouentuum partem haberet. Huniado per Ciliae Comitem tenduntur insidiae. Anno domini 1453.

Quinquaginta sex primaria Pruthenorum Ciuitates perthesae belli Ciuilis missis Sandomiriam Legatis vltro se Regi dedunt. Sponsa Regis Casimiri Elisabetha obuiam Teschinum vsque proceditur. Eodem.

Elisabeta sponsa Cracouiam per ipsum Regem Senatum ac reliquos omnes Ordines Cracouia splendide deducitur. Anno Eodem.

Post longas altercationes Cardinalis et Archiepiscopi Gnesnen. desponsationis facultatem Regis et Reginae datam sibi, Ioannes Capistranus ignarus linguae Polonicae ac Germanicae in Sbigneum Cardinalem refert. Anno Eodem.

Deditio quam Legati Nobilium et Ciuium Pruthe-
norum, cum precibus, lachrymis, et iniuriarum enu-
meratione offerebant, Variatis Consiliariorum sen-
tentijs vix tandem admittitur. 1453.
Legatis Pruthenorum Cracouia exeuntibus, quorum
Arces Pruthenj demoliuntur, Marieburgum obsi-
detur, Nouam Marchiam Fridericus Brandebur-
gensis Marchio per deditionem accepit. Eodem.
In Conuentione Lanciciensi de multis quidem alijs
de rebus aut Prussia plurima tractatur. Eodem.
Terra Prussia in foro Thorunensi Regi Casimiro
publice praestant Omagium. Anno Eodem.
Ladislaus Vngariae et Bohemiae Rex Legatos
iterum ad Casimirum mittit qui legationem priorem

cuius cum valde pudebat in aliorum culpam rej-
cerent. Anno domini 1 4 5 3.

Elbingi praestatur Regi Casimiro Omagium ab
aliquot Episcopis et Capitulo Warmien: Episco-
pi reiecto habitu Crucifero ad habitum Cano-
nicorum Sancti Augustini redeunt. Rex postea
Thoruniam venit, ubi Civitatibus plurima do-
nat et remittit, et quasi iam debellatum esset
choreis dat operam. Anno eodem.

Bohemis stipendio persoluto dimissis Mariaebur-
gum ab Aulicis Regis obsidetur, atque Rex Tho-
runiam redit, Nuntios Imperatoris Romano-
rum auditurus. Anno eodem.

Pensionem ad legationem Nunciorum in futura Ger-
manorum dietam reijcit. Anno eodem.

Castro Szthum dedito Polonis Maideburgum forti;
ter oppugnatur. Anno domini 1453.
Poloni misericitia Ducum et inobedientia Militu
partam ab initio victoria apud Chrinicia in ho;
stem Cruciferum referut cum ignominia et clade
sua ingenti. Anno eodem.
Soluta Magdeburgi obsidione Castra Pruthenor
praesidijs Polonorum firmatur, Bellum con Cru;
ciferos indicitur, Czchowo et Gniew Cruciferis
se dedunt, Ejus Cambien a Polonis defficiens
a Magro Cruciferor laborate difficultate rej num;
mariae, omnibus bonis exuitur ut stipendiu Mi;
litum soluat. Anno eodem.
Aeger Regis animus a Senatu erectus in bellum

Prutthenicum accenditur: A Ladislao Vngariae Re-
ge Legati redeunt: Sandiuoguis Doctor et Cano-
nicus vir religiosus, causas Chronicen cladis Ca-
simiro Regi a Deo iussus enarrat. 1453.

Cum Rex Casimirus cum Exercitu suo Vistulam
traiecisset, Legati Regis Vngariae ad se veniunt,
petentes ut arbiter Wratislauiam veniret, Ve-
rum Rex bello occupatus Nuncios pro se mittit.

Anno Eodem.

Dimisso Regis Exercitu propter tempestatem hie-
mis, positisque in Terris Prussiae praesidys Dzial-
dow Oppidum fraude Slauconis vltro Cruci-
feris deditur. Anno Eod.

Casimirus de fertonem ex singulis laneis promissum
exigit, at in Lithuaniam profectus rebus nouis

studentes in officio continet, et Tartarorum Nunci-
os auxilia promittentes excipit. Anno 1453.

Sbigneus Cardinalis et Epus Cracovien, et Ni-
colaus Pasa Quintus nominatur. Eodem.

Proditoribus Thronum veteris extremo suppli-
cio affectis, Mgr frustratus spe, Mariaeburgu
cum Exercitu redit; duo Oppida inferior. Prus-
siae deduntur Cruciferis, Tertium in fide Re-
gis manet: Ioannes Kolda Officiat. Swialdow
stratagemate castrum incedit. Eodem.

De fertonum ex singulis lancis Contributione
in Conventione Petricovien disceptatur. An-
no Eodem.

Thoma Strumpinski in Epum Cracovien electo,

magna pars Cracouiae conflagrat et Canonista-
rum Collegium. Anno domini 1 4 5 3.

Prodita Ciuitate Knipolth hostibus, Poloni Ge-
neralem expeditionem indicunt, et de dan ferto-
nibus conueniunt: Apud Oppidum Fridlandth
multi hostium Ducis Bohemiae stratagemate cae-
duntur. Anno eodem.

Casimirus Rex Thesauris trium dierum ex om-
nibus templis acceptis contra Pruthenos educit
Exercitum, ac Vistula superata, promissis Bran-
deburgensis Marchionis illectus, de pace cum Cruci-
feris frustra agit per Nuncios. Eodem.

Relictis Oppidis Scowo et Gmeto, ad Lasin
Oppidum expugnandum Casimirus ducit Exercitum,
unde postea infecta re cum summo dedecore discedit. Eodem.

Rege Pruthenico bello occupato Przyski et Joannes
Swieborowski Illussia praedis abactis, et Slaco-
uoto incenso, fortalitium Camyno vi capiunt,
unde postea per pactionem Poloniae cum rebus suis
emittuntur. Anno domini 1454.

Casimirus iuuenum cosilio nouis et grauibus at-
tributis spiritualibus et saecularibus impositis, Thro-
nuria in Brzescie et Lanitiam persuerit. An-
no eodem.

Alexandro Palatino Podlachiae veneno a suis
extincto Petrus sufficitur Fadachmatus Scy-
ta ab Hingero victus cum filys et Uxoribus Kyo-
uiam perfugit, ubi iussu Regis captus Vilnae
in vincula coniicitur. Anno eodem.

Wladislao Masouiae Duce mortuo, filysque im-

pueribus relictis, summa potestas penes foeminas est
donec Ioannes Plocen. Gubernator electus Ducatum
nimis grauatum relevaret. Anno 1 4 5 5.

Dum de bello Prutenico Petricouiae consultatur
et medietas Census annui tam Spiritualium quam
Regis ac Saecularium Militum decernitur pro
subsidio belli seu firmandam pace, Castrum Bra-
tnam hostibus ultro deditur accepta pecunia.
Anno domini 1 4 5 6.

Casimiro ex Elisabetha primogenitus nascitur.
Anno eodem.

+ Duobus furibus altero Praesbitero altero Cle-
rico ob furtum Capitali supplicio Cracouiae af-
fectis, Cracouien. et Casimirien. Sacris interdicitur. Anno eodem.

Pro Marieburgo cæterisq; Castris hostilibus ab hostium Militibus emendo, Pruthemi dimidium petitæ summæ Regi promittunt: De porte verò reliqua dimidia consultatur. 1 4 5 6.

Christianorum Regibus turpiter cessantibus Turcæ apud obsessam Taurinum, Capistrani precibus virtute diuina memorabili clade afficiuntur, et Urbs obsidione liberatur. Anno Eodem.

Comethæ apparitio mors Joannis Humadiæ et eius filij maioris natu, Regi Ladislao resistentia in resignatione Castris paternis. Anno Eodem.

Lithuani initis fœderibus secretis cum Pruthenis et superbam legationem ad Casimirum mittunt et rebus nouis student. Anno Eodem.

Indicitur ingens et graue Tributum in oes Regni Po-
loniae Ordines pro Mariemburgo caeterisque Ca-
stris ab Czyrwonka emendis, stipendioque hosti-
um Militi persoluendo, Quod ad quadringenta
septuaginta sex Millia excreuerat. Anno
Domini 1 4 5 6.

Episcopus Cracouien cum suis Canonicis Sacrorum
vasorum commodationem Casimiro petenti constan-
ter denegat, sed cautionem fideiussoriam ad mutuum
sex Millium florenorum cum Abbatibus promittit.
Anno Eodem.

Potestas disponendi de Tributo quibusdam ex Se-
natu Rege secluso committitur. Eodem.

Czyrwonka seditione Gedanensi aduentu suo
compressa, ab eisdem ex pacto Polonorum, qua-

tragintà aureorum Millia à maioribus aut Po-
lonis viginti quinque Millia florin accipit, reli-
quum post aliquot tempus accepturus. Anno
domini 1 4 5 6.

Capistranus mortuus Vlaci Opido Vngariae se-
pelitur. Anno eodem.

Casimirus redargutis Lithuanis et seditiosae ac no-
uarum rerum studio non pena sed largitionibus
composito in Poloniam deinde in Prussiam se re-
uersurum promittit. Anno 1 4 5 7.

Casimirus plurimis rebus in Conuentione Petrico-
uien compositis ad aliam Synodum in Kolo ac-
celerat, Ladislaus vo Vngariae Rex altero filiorum
Huniadi occiso, altero cum multis amicorum in vincu-
la coniecto, Matris filiorum casum vlciscentis

grave bellum in se excitat. Anno 1457.

Summa pecuniarum Mercenario Militi Cruci-
ferorum pro cessione Marienburgi promissa, per
triginta Millia florenorum solvitur, Quod uno prius
Gedanenses mutuo dandum promittunt, quam Rex
propter infestissimos motus componendos ad se quam
primum veniat. Anno eodem.

Adventus Casimiri Regis Gedanum, eiusque Comi-
tatus. Anno eodem.

Ex Castro Marienburgo Polonis tradito, Magister Prus-
siae mirantibus et eiulantibus discedit. Eodem.

Casimirus Marienburgum ingressus Ulrici Cirwonckae
fidem erga se amplis muneribus honestat. Eodem.

Regnum Poloniae Praefectorum negligentia a manu
latronum collecto iusto Exercitu infestatur. Eodem.

Bartholomaeus

Bartholomeus Buczaczki et Ioannes Lasco in acie ce-
dunt, non incruentam Scytis victoriam relinquen-
Anno domini 1 4 5 7.

Mariemburgo, Chelmo, et Gilawa Officianis per
proditionem amissis, sex millia in Prussiam a Ca-
simiro mittuntur. Anno eodem.

Regi Casimiro de rebus Regni sui Petricoviae con-
sultanti, tristis nuncius de morte Ladislai Vn-
gariae et Bohemiae Regis tum primum sponsi ad-
fertur. Anno eodem.

Casimirus in Conventione Korczynensi malae ad-
ministrationis arguitur, Gubernatorque efflagita-
tur: Fertones indicuntur: Capitaneo Craco-
viensi census augetur: Vencislaus Rathyborensis



BIBLIOTH. UNIV. JAGELLONICAE

Dux moritur. Pueri vtriusq; sexus nescio quo acti spiritu inuitis Parentibus peregrinationem nouam incaeptant. Anno domini 1 4 5 8.

Oppidum Myslenicense opera latronum incenditur. Anno eodem.

Casimirus Legatos in Vngariam et Bohemiam mittit, qui eos sui iuris in vtroq; Regno admonerent. Anno eodem.

Mathiam Huniadi filium captiuum eligunt Vngari in Regem. Anno eodem.

Georgius Posdiebratsky neglecto Rege Casimiro et conditionibus honestis Regis Franciae in Regem Bohemiae eligitur. Anno eodem.

Morauis et Slesitis inuitis Georgius Posdiebrat, sky Bohemiae Rex coronatur, cum Joanna vxore. Eod(em)

Poloni hosti copiam pugnandi non faciunt, ne ad Op;
pidum Marieburgum viam commeatui aperiant. An;
no domini 1 4 5 8.

Casimirum Regem bellum con: Prussiam decernente
Petricouiæ, Ioannes Iskra ad prosequen in Regno
Vngariæ ius suum amittat. Anno eodem.

Bernardus Snimborski et Præsidium Culma de;
ductum ammittit, et ipse turpi fuga vix saluti suæ
consulit à Polonis insecutus. Anno eodem.

Polonicus Exercitus in obsidione Oppidi Mariem;
burgi, inercia et languore pestis speciem præseferen
turpiter insendentia Regis et Senatus consumitur.
Anno eodem.

Factis inducijs Exercitus omnis inuito Rege ac Se;

natu non sine ignominia et insultatione hostiu à Mar;
iemburgi obsidione discedit. Anno 1 4 5 8.

Calistus Aeneas Sylvius in Pontificatum succedit.
Caput Divi Andreae Constantinopoli Romam de;
fert, Turcam libello conscripto ad Christum invitat,
Libellum se privatim scriptum de Concilij authori;
tate Pontifex retractat. Anno eodem.

In Conventione Petricovien variatis sentijs bel;
lum tandem reiectis conditionibus pacis decer;
nitur in Pruthenos. Anno 1 4 5 9.

Lucas Slupecski propter scelera et rapinas à daemo;
ne malo annis ferè quordecem exagitatus tand
moritur. Anno eodem.

Mathias à Friderico Imperatore victus, tand pacis

conditionibus datis Rex Vngariæ creatur. Anno domini 1459.

Polonis non satis concordibus aliquis ten exercitus in Prussiam mittitur, qui insignem refert ex Ludouico Prussiæ Magro triumphum, Oppidum Lubow defficit, ad Ruthenos, inducias toties tentatas, mercenarius miles Cruciferorum disturbat. Eod.

Wratislauien et Namslauien Georgium Regem non agnoscunt, quamuis eorum deditio a Rege Casimiro accepta non est. Anno eodem.

Joannis Rythwienski Capitanei Sandomirien dicendi libertas in Regem Casimirum coram tota Petricouien Concione. Anno eodem.

Purgat se Rex: de rebus Ruthenicis consultatur.

Stipendium Militi ex indictione sex grossorum soluitur.
Legatus ad Papam Mantuam mittitur. Anno
Domini 1 4 5 9.
Crucifericae Militiae robur in Oppido Paschenchem
Polonorum strategemate deciditur. Eodem.
Wratislauienses Pontificis Romani hortatione, Ge-
orgij a se magna clade affecti imperium suscepturos se promittunt, acceptis in triennium inducijs
et conditione adiecta. Anno Eodem.
Vectigal fertonesque indicuntur, et octaua pars cen-
sus annui a Sacerdotibus promittitur in Militiam
Pruthenicam. Anno Eodem.
Iniquus animus Pij secundi Pontificis Romani in
Polonos. Anno Eod.
Foedus inter Casimirum Poloniae, et Georgium

Bohemiæ Reges ineundi tractatur. Anno 1460.

Casimirus Nuntijs Romani Pontificis ad se non admissis, Albertum Austriæ Ducem in arbitrum accipit, pacis inter se et Cruciferos componendæ. Anno domini eodem.

Polonis à Bohemis inditum esse bellum nunciatur ob quasdam Ciuitates nomine Regis Poloniæ intentas. Anno eodem.

Casimirus calumniam apud Regem Bohemiæ purgat: Gedanenses per hostem affliguntur: Officium Golub hosti proditur: Fricus Stelmen Dux cum nonnullis Officiis ad hostem deffecit. Eodem

Inter Regem Poloniæ et Bohemiæ fœdus ictum.

Turcis Ungariam igne et spolijs vastantibus, Mathias

Vngariae Rex in Georgium Bohemiae compromittit in
causa Ioannis Giskrae. Anno domini 1460.

Boleslao mortuo de Opoliensi Ducatu contenditur.
Anno Eodem.

Casimirus contra eruditionem sntiōs Episcopum Vla-
dislauien. ad Cracouien. Episcopatum nititur obtrude-
re. Anno Eodem.

Legati Casimirj Regis ad Pontificem Romanum mit-
tuntur ut prouisionem suam ad Cracouien. Episco-
patum rescindat. Anno Eodem.

Andreas Thenczynski a furente populo Cracouiae
publicè occiditur. Anno Eodem.

Alexander filius Casimiro Regi nascitur. Eod.

Rex contra consultum sui Senatus in aliam partē Prussiae
non satis foeliciter Exercitum ducit: Milites

necem Andreae Chentzynski expetunt ultum in An-
no domini 1 4 6 0.

Fridlandt Casimiro deditur: Fricus dux Stetinen
pacem et veniam suo sceleri per uxorem suam im-
petrat. Anno Eodem.

Contentiones de Episcopatu Cracovien, et multorum
Sacerdotum proscriptiones. Anno 1 4 6 1.

Casimirus Militum indignatione et clamoribus pue-
rorum compulsus solvit Exercitum indicto delectu
Mercenariis ad ferendum Civitatibus obsessis auxi-
lium, ingens in Exercitu oritur seditio con Scha-
motuly: Anno Eodem.

Zophia Poloniae Regina Casimirj mater moritur. An-
no Eodem.

Petrus Dunin Castro Suiecie recuperato, dum dem

negligentius et timidius rem gerit, efficit ut multa
Oppida et Castra Cruciferis proderentur, et Geda;
num etiam ac Thorumiam proditorum audacia pe;
netraret. Anno domini 1461.
Casimirus de Castro Brodnicza sollicitus, in audien
legationibus varijs tempus territ. Anno eod.
Consules Cracovien ob necem Andreae Thęczynski
bis citati Korczijnum, dum abeunt Priuilegia oppo;
nen, Procurator eorum tribus Marcis, ipsi Octuaginta
Millibus multentur. Tributum et fertones indicu;
tur: Longini aedes effringuntur. Eodem.
Occisores Andreae Thęczynski supplicium sumunt.
Anno Eodem.
Legati Regis Jacobum Sienniski apud Pontifice Ro;
manum mittuntur in odium adducere vn spatu

spolietur, nigensq; ipsius Regis odium in eundem. Anno domini 1461.

Regno Poloniae Belsen[sis] ducatus accedit: de Plocen[si] controvertitur. Anno domini 1462.

Cracoviae magna pars, mox Cancilia cum Arce conflagratur. Anno eodem.

Poloniae et Bohemiae Reges Glogoviae congressi foedus inter se feriunt: Bavariae dux con Marchionem Brandeburgen[sem] Poloniae Regem sollicitat. Anno eodem.

Reges Polonus et Bohemus Glogovia discedunt: Paluli vastantur ab hostibus. Anno eodem.

Summus Pontifex Wratislavien[ses] pro fidelitate in Ecclesiam indulgentiis onerat. Eodem.

Georgius Bohemiae Rex simulatione religionis confirma;
to sibi prius Regno Hussianam haeresim profitetur.
Anno domini 1 4 6 2 .
Casimirus quorundam Bohemias vi occupat. Praedo;
nes duce Borsywoj et Wlodlione expugnatis aliquot
Oppidis in Terra Oswiecimen, petram natura mu;
nitum locum, cui Bukowiecz nomen dedere primum
occupant et muniunt, mox muniunt. Eodem.
Nieschowa Oppidum incendunt hostes nec impu;
ne. Anno Eodem.
Ludouicus Cruciferorum Mgr. ne faceret copiam
pugnae, Warmiae obsidionem soluit, fugitque Castris
opulentis in praedam hosti relictis: Terra Schem;
landt opulenta et diues, ferro et igne depopulatur.
Anno Eodem .

Poloni forti manu missorum Pruthenorum Exercitum fundunt fugantque, tum alibi tum ad Puczki: Czyrwonka ex captiuitate solutus Oppidum Golub fraude Ciuium amissum recuperat. Anno 1462.

Viginti grossos Gnesnensis, sex Cracouien dioceses à Marca contribuit Casimiro Regi et Militibus Terrae Dobrzynen. Anno Eodem.

Conrado Masouiae Duce, et Conrado nigro Olesnicen reiectis, Ploccen Ducatus Casimiro Regi et Regno adiudicatur. Anno Eodem.

Casimirus Rex Legatum summi Pontificis honorifice excipit. Anno Eodem.

Casimirus Rex Rauae et Gostinin Castror, Ploccen possessionem recipiens, et iuramentum fidelitatis ab vtroque districtu exigit, et Marca auri annua Archiepiscopo

Gnesnensi condonat. Anno domini 1463.
Fridericus Imperator in Arce Viennensi à Civibus
Viennensibus obsessus, tandem acceptis conditioni-
bus dimittitur. Anno eodem.
Jacobus de Sienno tum et liti Episcopatus Cracovien
cedit. Anno eodem.
Conradus cum fratribus Casimirum pro Ducatu Plo-
censi solicitat per Nuntios. Anno eod.
Rursus Lithuani Podoliam, Belsiam, Oliesslo et
Rathno repetunt. Anno eod.
Legatus Pontificis pacis componendae causa à Magistro
Cruciferorum accersitur, hostium accessio, Castro
Slochow creatur periculum. Eodem.
Joannes Shentzynski à Consulibus Cracovien
nomine mulcta accipit sex millia florenorum et ducen,

reliquo condonato et captiuis ciuibus dimissis. Anno domini 1463.

Communis Lithuanis et Polonis Conuentio in Parczow indicitur, quingenti Polonis auxilio Caphensibus missi con Turcam in fluuio Bug à Michaele Czartoryski dolis irretiti conciduntur. Eodem.

Expeditio in Prussiam indicta, de pace tn interim actum; Legati Polonorum Wratislauiam veniunt. Vnde exprobrata Legato Pontificis fraude infecta re domum reditur. Anno Eodem.

Gedanum Proditores suos punit: Liuones profligantur. Anno Eodem.

Machometus Bosnensibus per vim captis Regem necat: Mathias vero aliquot Castris rursus in sua ditionem redactis Regem Bosnen creat. Eod.

Turcos Ungariam vastantes et agen[tes] praedam Poloni fundunt fuganteque praedamque eripiunt. Anno domini 1463.

Kamieniecz et obligatione soluitur et Muris reficitur per Casimirum Regem Poloniae. Eod[em].

Oppidum et Castrum Gniew et Hol capit Polonus. Anno domini 1464.

Oppidani Colbergen[ses] hostem magna clade afficiunt: Oppidum Fridlandt a Milite suo spoliatum incenditur: Bernardo Schumborski certis conditionibus datis pax conceditur. Eodem.

Pius secundus Pontifex Romanus con[tra] Turcam G[e]n[er]alem Expeditionem indicit, Cruciferi Cracovien[ses] Iudaeos bonis pene omnes, triginta v[er]o etiam vita spoliant. Eod[em].

Poloni

Poloni cum Cruciferis arbitrario iudicio Thorunicę contendunt. Anno domini 1 4 6 4.

Causę quibus tractatio pacis utrinque dissipata est. Anno eodem.

Polonis duce Stromilone apud Nouam contusis, Dunin eo ad obsiden. Nouam mittitur, tractatus de pace reintegratur. Anno eodem.

Oppidi Nouę continuatur obsidio: Puczki et Szadlowo deduntur. Anno eodem.

Oppidum Nouę Gedanensium consilio Polonis deditur, Cruciferi Iulauam prius frustra tentatam excurrunt, prędam in Starogard conuehentes. 1 4 6 5.

Iacobus de Sienno in Episcopatum Wladislauien. ingressus, Prorus auro ingens periculum a se et suis depellit. Anno eodem.

F. d.

Miles Polonus ob stipendium non solutum Vngariam incommodo afficit: Stephanus Vngarus Stoßiffiu spoliat, extortis septem Millibus floren. 1465.

Vlado per Mathiam Vngariæ capto, Radul Germanus Moldauiam cum Cylia Turco subijcit, Stephanus Militem armat et educit con Turca minitante sibi ob interceptam Ciliam. . Eod.

Stradomia, Kodacoa, et Wartha ardent. Eod.

Ioannes Odrowasch propter fris mortui vim et rapinam, de Castris Leopoli Zydaczouo, et Gliniany amouetur. Anno Eodem.

Comitia habentur, vbi de bello Prutheniсo, deq Chrimicia consultatur. Anno Eod.

Clipeus cum Turri Sacræ Ædis Diui Francisci decidit: Legatis Cruciferorum obnixe petentibus

spes pacis promittitur. Anno domini 1465.

Filia Casimiro nata mox moritur: Stipendium dat Militi Wlodkowi cum caeteris, qui ob non solutum stipendium emeritum Prussiae hostes se professi sunt. Exercitum mittit in Prussiam ad obsidendum Storogard. Anno Eodem.

Cladibus ultro citroque acceptis Poloni cum Cruciferis ad tractandam pacem Neriam conveniunt. Primarios Cristergensium Cives Magister Prussiae securi percuti iubet. Storogardensem Ducem Polonum fraude capiunt. Eodem. Stolpensium Foedera sua volunt removere cum Polonis: Conradus Oliesnicensium Dux, viginti Millibus promissis iure suo in Ducatu Plocensi et Belsensi cedit: Poloni obsidentes Storogard non minus ipsi obsidentur. Anno Eodem.

Pontifex Romanus et Imperator Fridericus Expeteri

Scytham con̄ Turcam per Antiocanum Patriarcha sollicitat. Anno domini 1 4 6 5.

Jacobus Boglowski quiescens in lectulo, manu quidē Joannis Pieniaski Archidiaconi Gnesnen̄ et Decani Lanticien̄ , dolis vero Vxoris suae minutim conciditur. Anno domini 1 4 6 6.

Clerici Gnesnen̄ Wladislauien̄ Posnanienq; Dioecesis per fertonem ab vna Marca: Cracouien̄ per sex grossos Casimiro et Reipub: contribuunt: Facinus Joannis Pieniaski Archidiaconi sumien̄ Synodus decernit Archiep̄o non exequente. Eod.

Liuones Cruciferis subsidio missi, insidijs Samogitarū duobus tantum exceptis pereunt. Eod.

Conradus Masouiae Dux Plocen̄ caeterasq; Terras á Rege Polonia repetit: Nicolaus Boglowski

interfectores fris sui accusat: Tributum in bellum Pru-
thenum decernitur, et ut Rex ipse Maidelburgi ha-
bitet. Anno domini 1466.

Mewzali Oppidum et Castellum Ostrili Poloni inter-
cipiunt contisis Cruciferis. Anno eodem.

De sua Marieburgum profectione Casimirus Rex co-
sultat, Ad Legatum Aplicum Wratislauia mittit
admonens ne perfidiam Cretensis Archiepi in conficien
pace imitetur. Anno eodem.

Mgr Prussiae omnia pene frumenta conculcans Dio-
cesis Warmien hostem Polonum in se ac sua ver-
tit. Anno eodem.

Casimirus acerbiore Pruthenorum suae partis legatione co-
motus, qua Castra et Oppida suae fidei committi po-
stulabant, Marieburgum proficiscitur. Eod.

Henrici Stolpen Ducis ad Polonum Regem legatio: Castrum Slochowo Poloni ammittunt. 1 4 6 6.

Chonicia a Polonis obsidetur. Anno Eodem.

Stargard dedita Chonicia acrius obsidetur. Eod.

Castrum Slochowo paulo ante interceptum in hostes, tatem Polonorum rursus venit. Anno Eod.

Cruciferi angustis rebus suis ut Polem pacem optent. Anno Eodem.

Georgij Bohemia Regis copiae ad expugnan Wratislauiam missae, Czestochouiam et Villas circum circa iacentes spoliat, Ioanne Derian Instigatore et authore. Anno Eodem.

Henrici Ducis Stolpen animus perfidus et simulata in Polonos amicitia: Chonicia vallo et fossa cingunt Poloni. Anno Eodem.

Apud Nieschowiam de pace eiusque Conditionibus tra-
ctatur. Anno domini 1 4 6 6.

Chonicia Polonis deditur. Anno Eodem.

Pax perpetua vltro citroque iurecurando firmata inter
Polonos atque Cruciferos publice Thorunij consumatur.
Anno Eodem.

Terrae Pomaraniae Chelmen et Michalouien Regno
Poloniae, ab Archiepiscopatu Gnesnen Diocaesis Chel-
men accedit: Vaticinium Diuae Brigidae de Cruci-
ferorum extermimio. Anno Eodem.

Forma et Conditiones initae pacis perpetuae inter Po-
lonos et Cruciferos. Anno Eodem.

Veronica virgo Vates, Legatum Rudolphum pacem
inter Polonos et Cruciferos confecturum, pedicit Regi
Bohemiae Georgio, quibusdam ex Polono Senatu ac

ipsis Militibus pax non placet. Anno 1466.

Rudolphus Legatus Pontificis innata modestia am-
plissima dona Regis Casimiri renuit, Mgr Ludovicus
cum præclaris muneribus honoratur. Legati Romam
pro confirmatione fœderis mittuntur. Rex nomine Summi
Pontificis rogatur ut Regnum Bohemiæ suscipiat,
Regem hæreticum ac una hæresim extirpaturus. Eod.

Mercenarius Miles ocii impatiens Pelesnicsam Op-
pidum Stolpen Ducis occupat, Quod Castro Pro-
bin Polonis restituto mox reddit. Eodem.

Synodus Norimbergæ frustra fit pro reprimendis Turcarum
insultibus, et Legati Regis Bohemiæ ut hæretici tur-
piter excluduntur. Anno Eod.

Pestilens aura vehemens in Polonia grassatur. Georgius
Podiebratski hæreticus declaratus per Summum Pon-
tificem Regno Bohemiæ abdicatur. Eod.

Sigismundus Casimiro Regi in Koniemicze nascitur. Legatio Bohemiae Regis apud Casimirum. 1 4 6 7.

Acceptis et datis literis pacis inter se et Cruciferos factae, Casimirus Rex nouos creat Capitaneos in Prussia, Nurdiwlad Tartarorum Imperator exemplo Patris Czigeri amicum se fore Regi declarat. Militibus pars stipendij soluitur. Wladislaus de Domabors Castellanus et Capitaneus Nakellen[sis] Capite plectitur. Legationes et Regis Bohemiae et Senatus Bohemici Casimirus Rex audit. Wratislauien[ses] affliguntur. Nuncius a Summo Pontifice cum ambiguis responsis de foedere cum Cruciferis confirmando domum redit. Eodem.

Electio Casimiri aut eius filij ad Regnum Bohemiae per Proceres Regi offertur, ac Summi Pontificis ad hoc ipsum per Rudolphum Legatum admonitio accedit, Nec non pacis Pruthenicae confirmatio. Eodem.

L. d. V.

Paulus Episcopus Warmien. veneno perit. 1467.

Author — Joannes Longinus Regis Poloniæ liberis in Præceptorem designatur. Anno Eodem.

Legatorum Regis Poloniæ authoritate inter Proceres Bohemiæ Catholicos atque ipsum Regem Georgium fœdus ictum. Anno Eodem.

Jodoco Episcopo Wratislavien. mortuo Rudolphus Legatus Apostolicus in Episcopatum succedit. Eodem.

Animus Militum mercenariorum in seditionem spectantium Gedanen. Elbingen. Thorunensesque duodecim Millia florenorum ægre iam plane exhausti promittunt. Eodem.

Stephanus Palatinus Walachiæ designatus Mathiam Vngariæ Regem profligat, Regi quidem tribus vulneribus datis, Exercitu vero eius conciso. Eodem.

Pestilens aura atque fames in plerisque Regnum Poloniæ et

Slesiã partibus acerbè grassatur: Joannes Pieniąszek olim Archidiaconus Gnesnen per suum Prem capitus Episcopo Cracouien carceri conijcien traditur. 1468.

Gedanenses defectionis accusati diligenter se purgant. Anno eodem.

Protasius Olomucen Epus Casimiro Regi à Mathia Vngariã Rege con Georgium Bohemum delectum habere narrat, et affinitatem cũ Mathia ac Friderico iungen suadet, at quid ea de re mihi retulerit. Eod.

Fridericus sextus filius Casimiro Regi nascitur. Eod.

Legati Poloniã Regis ad petitiom Bohemor Regis Georgij pro intercipien bello ex Vngaria impendente, mittendi decernuntur. Anno eodem.

Georgij Bohemiã Regis afflictã et coscia res per Mathiam Vngariã Regem. Anno eod.

Casimirus Rex rebus Pruthenicis compositis, Gedani quidem indicto Tributo pro stipendijs soluen[dis] impensa opera ad naues Gedanen[ses] liberan[das], a Cristirno pacem intercepit, missis denique Nuntijs, qui bellum inter Marchiom[em] Brandeburgen[sem], et Ducem Stolpen[sem] exortu[m] interciperent, Mariæburgi aut[em] Legationibus Pruthenoru[m] expeditis, Dieta Elbingi quotannis haben[da] instituta ac nouis Magistratibus creatis Petricouiam reuertitur.

Anno domini 1468.

Uxor Wladislai de Domabor iniustam Viri necem Petricouiæ queritur: Legati in causa Georgij Regis per Casimirum Roma[m] mittuntur: Conuentiones aliquot indicuntur. Anno Eodem.

Casimiro venationi studen[te], Miles frequens mercenarius stipendia expectat Cracouiæ, Mathias Valachicam Cladem correcturus, Bohemiam igne et ferro

vastat: Ludouicus solo æquatur. 1468.

Ladislaus filiorum natu maximus Regem Casimirum Cracouiam venientem fratrum suorum nomine Oratiuncula excipit, datis singulis in singula capita florenis, reli=qui stipendij Militum solutio in diem Pascha reij=citur: Stephanus Sacramento præstito, pollicetur præ=sentem se Regi Casimiro solemne Omagium præstiturum. Tartarorum legatio auditur. Anno 1469.

Friderico Imperatore voti reddendi causa Rhomam profecto, Bamkircher familiaris suus Arcibus ali=quot interceptis, Iudæisque cæsis ac omnibus opibus spoli=atis, bellum Imperatori facit, copijs ab Rege Mathia ad=iutus. Anno eodem.

Legatis Bohemorum apud Casimirum existentibus, Nuncius aduenit filium Casimiri Bohemiæ Regem

et nominatum esse voce communem, etiam ipsius Georgij Podiebratski: Stephanus Transyluaniam vastat, et Petrum dolo interceptum occidit. 1469.

Legati Georgij Bohemiae Regis electionem de Wladislao facta in Regnum Bohemicum, cuiusque conditiones apud Casimirum enarrat, Legati partim in Bohemia, partim in Prussiam, quae in suspitionem defectionis adducta est mittuntur. Anno eodem.

Mathia Wratislauia discedens, Victorinus Georgij filius, a Militibus eius capitur, sed dum et suis laborantibus succurreret ex Vngaria in Bohemiam aduenit, ab Georgio profligatus cum paucis in Vngariam profugit, voluntates in se suorum simul cum fortuna commutans. Anno eodem.

Tartari praedam ex Lithuania agunt in Poloniam propter exercitum ad pugnam paratum non ausi:

Valachiam item postulantur, filio sui Caesaris amisso quem minaciter à Rege repetitum, Stephanus in quatuor partes diuidi iubet Legatis, uno excepto qui nunciandae rei superesset, palo infixus. Anno 1469.

Legati Casimiri Tributum Elbingensibus indicunt Latum Brunno auferunt, et pleraque alia negocia conficiunt: Henricus de Plauen Magister Prussiae creatur. Anno eodem.

Legationis apud summum Pontificem habita relatio Bohemorum legati et Controuersia Marchionis Brandeburgen et Ducis Stolpen audiuntur: Henricus de Plauen Magister Prussiae, Sacramentum fidelitatis Regi Poloniae praestat. Anno eodem.

Henricus Magister Prussiae, et Bernardus de Schumberg moriuntur. Eodem.

Ungariam et Austriam Turcae vastant. Eodem.

Casimirus Polocsko et Witepsko inuisit a Summo Pontifice: Contra Georgium Bohemiae Regem instiga; tur: Ad Imperatorem Romanum prouocatus foederis et affinitatis iungend causa Legatos mittit: Georgius Mathia ex Slesia pulso auxilio Vxoris suae frustra Mathiae auxilia missonem eandem vastat. Anno domini 1470.

Casimirus Stephanum fidelitatis Sacramentum prae; stituros frustra Leopoli expectans, Corsnium venit, vbi Tributum Suis indicit: Legatum Aplicum ex; pedit, Fidelitatis Sacramentum a Prussiae Magro accipit: Masouiae Ducum causam audit: Legatos Romam mittit; Foedus ab Imperatore Rhomano oblatum approbat. Anno Eodem.

Mathias Vngariae Rex ad bellum Turcicum per Summum Pontificem et Venetos exhortatus,

Dalmaciam

Dalmaciam sibi reddi posuit. Anno domini 1470.

Simeon Kijouien Dux moriens Uxoris ac liberorum Tutella Casimiro relinquit: Liuonum et Lithuanorum contentiones compressae: Pruthem negato Regi stipendio Cissa concedunt: Georgius Posdiebratsky mortuus Wladislaum primogenitum Casimiri Mathia communi omnium fere initia reiecto Regni successorem relinquit. Anno eodem.

Wladislao Regnum Bohemiae accipiente, Albertus Marchio Misnen spe decidit Anno 1471.

Legatus Pontificis Romani pacem compositurus inter Reges Cracouiam aduenit: Casimirus a suo Milite relictus retrocedit. Anno eodem.

Casimirus Massouiae Ducis filius, Episcopus Plocen designatur. Anno eodem.

Casimiro Duce ex Ungaria cedente, Archiepiscopus Strigonien. a Rege Mathia contra Sacramenti fidem capitur. Anno domini 1472.

Miles mercenarius et publice et privatim misere grassatur, praesertim in bonis Sacerdotum propter stipendium non solutum, Tributum singuli fere Ordines conferunt. Anno Eodem.

De pace Poloni cum Ungaris ultro citroque agunt: Machometus Turcarum Imperator Taurinum obsidere parat, nisi per Caesarem Hussitanen maxima strage fuisset affectus. Anno Eodem.

Legatus Romani Pontificis inducias et pacem cum Ungaro Regi Poloniae persuadet, quam demum turpi conditione oblatam a Mathia reijcit Casimirus. Eodem.

Legatus Pontificis in Ungariam ad Regem Mathiam abit

pacem aequis conditionibus compositurus: Tributum Casimirus aegrè à suis impetrat. Anno 1472.

Monasterium in Ruspcula Aede Diui Stanislai celebri, Ioannes Longinus Canonicus Cracouien fundat. Eod.

Casimirus in Bohemiam auxilia Wladislao mittit. Sed ea Nyssen pace infecta dilabitur: Casimirus Danorum Legatos Regis Daciae Cristini audit, Coniugem Nobilem Wladislao Bohemiae Regi offerentes. Eodem.

Mathias icto cum Imperatore Romano foedere in bellum Bohemicum et Polonicum totus spectabat, nec Poloniae Rege cunctante. Anno Eodem.

Casimirus Lithuanis Tributum indicit sub tempore Nyssensis pietae: Mathias Rex Victorinum ex captiuitate soluit: Rnatum Wladislai ad defectionem

solicitat, Duces et Ciuitates Slesiae ad bellum citat. Anno domini 1473.

Wladislaus Bohemiae Rex difficultate aeris alieni pressus, et a suis Tributum, et a Patre decem aureorum Millia aufert. Anno Eodem.

Casimirus Fridericum Imperatorem hortatur vt et Wladislaum pro Bohemiae Rege et Electore Imperij habeat, et vna bellum Mathiae faciat. Eodem.

Mathias Rex Senatoribus suorum plurium pornum fidens arbitrium eorum in Sileciam Opauiensem reijcit. Eodem.

Ex Opauia infecta pace quod Mathias duras conditiones proponeret disceditur. Anno Eodem.

Georgius Lucski qui Mathiae auro corruptus Wladislao venenum parauerat, in carcerem inclusus

veneno periit. Anno domini 1473.

Turcae ab Hussitanis profligantur, Mathiae Exercitus in Austria extinctus, Turcae Carinthiam et Styriam populantur, Tartari apud Kijouiam praedam agunt. Anno eodem.

Affinitatis ratio inter Fridericum Imperatorem et Carolum Burgundiae Ducem inita dissoluitur, Wladislaus Bohemiae Rex, et Elector Imperij ab ipso Imperatore pronunciatur. Anno eodem.

Ioanne Gruszczynski misere et turpiter mortuo, Iacobus de Sienno in Archiepiscopatum succedit. Eodem.

Mathias Vngariae Rex Modrzyora expugnat et Praefecto elapso Milites Polonos captiuat, Rubonicos vo per deditionem Milit turpissimam accipit. Anno Eodem.

Feruore et nimia siccitate annus insignis: Item multorum in Polonia conflagratio. Anno domini 1473.

Lex contra Homicidas, Et ut pro qualitate bonorum haereditariorum militaretur: Ungari excurrunt et vastant montana, plurimis Oppidis et villis incensis, inter quae Pilzna dives et populosum Oppidum. Anno Eodem

Pax perpetua inter Polonos et Ungaros firmatur: Cum Bohemiae Rege induciae ad biennium. Eodem.

Stephanus profligato Radalone Bessarabiae Palatino et Turcis, ablatisque aliquot Castris, cum Uxore atque liberis eius rursus eadem Castra perdit. Eodem

Casimirus Venetorum et Imperatoris Persarum Husitanen Legatos audit Opathoviae. Anno Eodem.

Milites Polonici bona Ecclesiarum spoliant et vastant acerbius quam hostes. Anno Eodem.

Pace inter Polonum et Ungarum confecta Exercitus dimit-
tuntur, sed Transiluanen. dolent, qui se et sua Casi-
miro Regi dedenda venerant. Anno 1473.

Petrus Komorowski septem Arcibus ammissis, acceptisque
octo Millibus florenorum à Rege Mathia in Polonia venit.
Anno Eodem.

Joannes Saganen. Dux magna clade Maiorem Polo-
niam afficit, authore et Instigatore Mathia Rege
Ungariae. Anno Eodem.

Nicolaus Tungen Castra Elsburg et Seeburg totumque
Statum Warmien. occupat, Pater Wladislao filio
quatuor Millia aureorum et auxilia contra Regem Mathi-
am mittit. Anno Eodem.

Casimiro delectum contra Mathiam habente Tartari ex
Regno Poloniae ingentes praedas agunt, ideoque, ut fertur

authoribus Lithuanis. Anno domini 1473.
Casimirus haud exiguam partem Mathiae exercitus apud Olouiam concidit. Anno eodem.
Wladislai exercitus cum Casimiri exercitu coniunctus Mathiae et Wratislauien terrori est, sed pabulatores plurimi Polonorum intercipiuntur. Eodem
Exercitus Polonorum sine ulla disciplina uiuens, fame, aura pestilenti, et igne diuinitus immisso, quod in ecclesias ac diuinissimum sacramentum seuiret, grauiter premitur. Anno eodem.
Reges icto foedere nulla re memorabili facta domos discedunt. Anno Eodem.
Casimirus bello Bohemico defunctus, filiam suam Heduigim Georgio duci Bauoriae desponsat, at Mathias contemptum se ab Rege Casimiro arguens

et minitans se iniuriam ultum iri suam filiam Neapu-
liae Regis ducit in Uxorem. Anno 1 4 7 4.

Stephano Palatino Moldauiae praeclaram victoriam ex
hoste Turca relat. soli Deo edicto publico adscribit.
Anno Eodem.

Conditiones pacis perpetuae inter Bohemos et Ungaros
Pragae ceptae Brunae perfect. per utriusque Regni Sena-
tum Mathias Rex inficit. Eodem.

Legatus Hussitanen Imperatoris Trapezuntini legatione
apud Casimir. expedita, ad Mathiam caeterosque Or-
bis Christiani Principes abit. Anno Eod.

Casimirus pro auxilio contra Turcam ab Stephano petitus
et ab suo Senatu grauiter inertiae accusatus, ad Tur-
cam Legatum mittit, ut potius Transactione quam bel-
lo cum Valacho decertaret. Eod.

F. e. v.

Theodosia tribus et viginti annis se defendens, proditiõe suorum Turcis traditur, nomine Tshéborum 150 a Cla-
se Turcorũ seducti, Graecus quidam Stephano tradit.

Anno domini 1474.

Cum Mathiae doli apud Fridericum non succederent ad Stephanum Valachum se convertit, ut eum a Re-
ge Casimiro averteret. Anno eodem.

Casimirus Rex Legatos suos ad Dietam Vngaricã con-
suetam frustra mittit, Mathia causas absentiae suae opponen: Locustae Regnum Poloniae depopulatur.

Anno eodem.

Virgo Hedwigis Georgio Bavariae Duci desponsatur et Nuptiae cũ summo gaudio celebrantur, quibus Wla-
dislaus Rex Bohemiae saepius invitatus, ridicori non adest. Anno eod.

Non potest Casimirus Tributum á Suis obtinere: Qui Hedwigim deducebant reuertuntur, nonnullis aura pe-stilenti absumptis. Anno domini 1 4 7 4.

Puer Christianus á Iudaeis Tridenti Cruci affixus necatur. Anno domini 1 4 7 5.

Mathias propugnaculum Turcorum expugnat: Turcae et locustae Vngariam depopulantur: Casimirus Ca-strum et Terram Sochaczowien occupat. Eod.

Casimiro in Prussiam eunte vt Nicolaum Tungen de sede Warmien deijceret, Et Mathias scribit Regi ne subiectum sibi Tungen vexaret, Et Coniunx sua vndecimam prolem edit. Anno Eod.

Magister Prussiae suspitionem defectionis suae Casimiro Regi purgans auxilium contra Tungen promittit, qui Gedanen

f e. vj.

aperte defendunt, suspitionem defectionis de se augent.
Anno domini 1 4 7 6.
Turca apud Wornam repetens et summis viribus in Va-
lachiam tendens, Martinus Chorazij Casimiri legatio-
nem refert. Anno domini 1 4 7 8.
Turca inventa de Valachis potitus victoria, Valachi-
am igne et caede vastat, Casimirus de successione
foeminarum legem fert. Anno eodem.
Polonorum in Podoliam adventu et perdita cum belli-
cis Tormentis classe, Turca exterritus Valachiam de-
serit, Cuius discessionem Mathias dimissus circum
circa literis sibi adscribens, Ducenta Millia a Ponti-
fice et Civitatibus Italicis emungit: Hoc anno Turca
cladibus affecta Carniola, Corinthia, et parte Styriae,
quamquam item propugnacula Mathiae ad Istri ripas

Turx Sundeuoniam siltas expugnat. Anno 1478.
Peractis Petricouien. Comitijs Casimirus Belsia venit
cum Turca congressurus, Quo ex Valachia disceden.
in Lithuaniam et ipse Casimirus redit. Eod.
Fridericus Romanor. Imperator domitis suis rebelli-
bus bellum in Mathiam parat, Casimirum ad id
adhortans non inuito Senatu Vngarico, Vnus Senator
Polonicus consilia suor. Mathiae Regi prodit. Eod.
Mathias rebus suis consulturus cum Mgro Prussiae
inscio Casimiro ferit clandestinum foedus, Et The-
schnen Ducem aut sumptus propter se fact. ab eo repe-
tit, aut ex Ducatu excedere eum iubet: Draculam
Bessarabiae Palatinum ex vinculis dimissum cu. Ste-
phano con. Bessarabos coniter bellum gerere iubet.
Anno Eodem.

Casimirus legationibus Ferdinandi et Woladislai
atque rumoribus permotus ad Comitia Petricouiensia
abit, de inferēn Mathiae bello consulturus. An:
no domini 1478.

Praemyslaus Teschinēn Dux moritur, relicto Nepote
haerede ex fratre: Mathiae Exercitus timore Mi:
litum Woladislai ex Slesia discedit: Suidnicēn et
Jaurinēn deduntur Regi Bohemiae, idem reliqua
Slesia factura fuisset. Anno eodem.

Auxilium Friderico Imperatori et Bohemiae Regi
Woladislao et Casimiro domesticis bellis implicatis
denegatur: Cruciferi cum Mathia cō Regem Po:
loniae foedus feriunt. Anno eod.

Casimirus omnibus indignantibus M̄gratus confert
cō leges Regni: Nicolaus Komorowski á Mathia

corruptus ad proditionem, Castris quae tenebat deiectus,
ex Vngaria licet reuersus, in gratiam tamen a Casimiro
recipitur. Anno domini 1478.

Casimirus ex Elisabetha duodecimam prolem susci-
pit. Anno eodem.

Mgr Prussiae hostis Casimiro ex professo Arces duas
datis pecuniis occupat et aciem in campum frustra
educit, dum promissum ab Rege Mathia auxilium
nullum adesset. Anno eodem.

Tartari Braczlauiam spoliatam incendunt. Eod.

Casimirus Exercitu in Prussiam misso, Mathiae per
Nuntium denunciat, ne quid contra foedera admittat
cum hostilem animum gereret. Legati iniussu Regis
ad diem certam foedus feriunt. Eod.

Casimirus Dietae per Nuntium Mathiae nomine petitae

assensus, Cisa in Regno suo indicit: Filiam suam
Sophiam Friderico Brandeburgen desponsatam ad
sponsum mittit. Anno domini 1 4 7 9.
Conuentio ad pacem inter Cruciferos et Regem tra-
ctan Syradiae in Festum Pentecostes indr. Eod.
Mgr Prussiae ab Vngaro delusus ad Regem Poloniae
studio et amore pacis peruenit quem mox literis
Mathiae illectus respuit Nicolaus vero Tungen
pacem a Casimiro impetrat. Eodem:
Florentini quinquaginta Castella Romano Ponti-
ci vi adimunt. Veneti cum Turca Sentura Ciui-
tate Albaniae ei data perpetuum faciunt foedus: Ge-
nuen Romano Pontifici obedientiam praestat. Fran-
ciae Rex Pontificem vt belli domestici authorem per
suum Legatum coarguit. Anno Eodem.

Magister Prussiae initae pacis ad suos reverti non audens, Dietam Syradien. operitur. Anno 1479.

Fridericus Imperator insignia Regni Bohemiae Vladislao confert, Summo Pontifice sexto repugnante, et pro Mathia agente. Anno eod.

Fridericus Imperator foedus cum Mathia turpibus conditionibus ferit. Anno eodem.

Stephanus Bessarabia potitus, et Turcorum Regionem vicinam depopulatus, a Casimiro contra Turcam petit auxilia. Anno eodem.

Magistro Prussiae in bellum spectan. Gubernator Prussiae Praefectus novum fidelitatis Sacramentum a Militibus et Civibus exigit. Eodem.

Lithuanis instantibus ut sibi aliquis filius Regius

pro Duce dicetur, et Alberto idem tacite lachrymis
adiurante Casimirus abnuit; Turcarum Caesar
Casimiri ab eo non abhorrentibus conditionibus
amicitiam et foedus petit. Anno 1479.

Pax inter Bohemum et Ungarum paulo ante fir-
mata mox recisa iterum firmatur. Eod.

Magister Prussiae ultro citroq; redditis literis foe-
deris icti cum Mathia, Casimiro Regi se et suos
subijcit. Anno Eodem.

Miles ob non solutum stipendium bona praesertim
Spiritualium spoliat. Anno Eodem.

Ungari praeclaram victoriam ex Turcis in septem
Castra irrumpentes reportant. Eodem.

Casimirus cum Moschis tractat de pace,

Moschus iugo Tartarorum excusso, Nouogrodenses potentes diuitijs, imperio subijcit suo, et omnibus opibus exuit. Anno domini. 1479.

Casimirus diutius quam Senatus Polonus vellet in Lithuania manet. Anno 1480.

Mathias contra spem omnium ex morbo reualescens Austriam inuadit. Anno eodem.

Pontifex Romanus Florentinis petentibus, pacem dat. Anno domini 1480.

BIBLIOTH: UNIV. JAGELLONICAE